

## Alte Drucke

**P. Ouidij Na=||sonis Sulmonensis Heroidu[m]  
diuersaru[m] ep[isto]le/ Quas || poeta ille ingeniosissimus  
teneris adhuc annis auspi||catus est/ Opus ...**

**Ovidius Naso, Publius**

**Liptzk, 1505**

**VD16 ZV 30548**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149749**

WALSLEYAN  
1811  
D. Ovidii Naa

sonis Sulmonensis Zeroldū diversarū eple. Quas  
poeta ille ingeniosissimus teneris adhuc annis auspi  
catus est. Opus pfecto varium: discretū: multiplex:  
copiosum. Affectus veriusq; serus eruditissime ac ele  
gantissime exprimens.

M. Andreas Epistates Delici  
anus Ad Lectorem.

Rumpe moram lector: quid stas? cur ere caduco  
Ambigis eternas querere sanus opes?  
Ingento nunq; mouiturus et arte perhennis  
Condidit hic gazas: Naso poeta: suas.  
Explicat affectus gemini serus liber iste:  
Discere quos prodest: et didicisse iurat.  
Sit tibi persuasum. viues his cautus Ulxes:  
In te nil poterit femina: fraude scatenus.



Heptastichothek  
des Walsleyanus.

## P. Quidij vita per Raphaelē

Regium compilata.

Publius Quidius Naso Sulmonii: que vrbs est i Pelignis  
vr ipse quoq; scribit: ex equestri Nasonū familia: Minerue quin  
quatis natus est. iiii: kalendas Aprilis: Virrio et Parua cō  
sulibus: qui bello Antoniano apud Mutinā in bello ceciderūt.  
Cū fratre natu maiore: clarissimis et grāmaticis et rhetoribus  
Abome operā dedit: Ac vt patri magis obremparet: q̄ q̄ illo  
studio delectaret: legibus quidē incumbere cepit. S; cū pater  
vita functus esset. ad humaniores musas rediit: celeberrimosq;  
illoz tempoz poetas sibi calliauit Aemiliū: Sacrū Veronicē  
qui de herbis diligentissime scripsit: Ponticū qui Thebaida cō  
posuit: Propertiu elegiacū: Bacchiū iamboz scriptorē: et Ho  
ratiū Flaccū. Uxorē tris duxit: quarū duas repudiavit: cū ter  
tia coniunctissime vixit: ex qua duas etiā filias suscepit. Cū vō  
ad Juliā Augusti filiā sub Corinne noie lasciuas de amoribus  
elegias scripsisse deprehensus foret: in exiliū annos quinquagita  
natus: ab Augusto ipso fuit missus: in Pontoq; relegat: Ubi  
cū nouem annos tristissime exegisset: vita functus: Tomis (vt  
Eusebius in Chroniciis scribit) fuit sepultus. Tamen si autē ipse  
alia quedā iactat regendi criminis gratia: et pleriq; aliter putat:  
Illam tamē fuisse exiliū causā ex his Sidonij poete lepidissimis  
versibus aperte demonstratur

Et te carmina per libidiosa  
Notum Naso tener Tomosq; missum  
Quondam Cesare nimis puelle  
Falso nomine subditum Corynne.

Quia nobis fecunditas ingenij sui monumenta reliquit partim  
in exilio: partim Rome conscripta. Nā in exilio et de Tristibus:  
et de Ponto: et in Ibis: et de morte Druis ad Liniā consolati  
onē: et duodeci in Fastoz libros: quoz sex tantū extant (q̄  
nup omnes inuenti ferant) et Germanici triumphū composuit.  
De piscib; opusculū inchoatū reliquit. Ante vō q̄ exularet: ias  
Atrē amandi emiserat. Amoris remediū: suos amores ad Co  
rynnam. Amatorias Heroicū ep̄as. Medea tragediā: que vt  
scribit Fabius Quintilian; ostēdere videt q̄ vir ille prestare  
potuerit: si ingenio suo tempore q̄ indulgere maluisset. Metas  
morphosim: quā subita relegatōe pturbatus emendare no pos  
tuit: id qd ipse his carmibus p̄spicue testatū reliquit.

Orba parente suo quicunq; volumina tangis:  
Dis saltem vestra detur in vrbe locus.  
Quoz magis faueas: non sunt hec edita ab illo:  
Sed quasi de domini funere rapta sui.  
Quicquid in his igitur vitij rude carmen habebit:  
Emendaturus: si licuisset: eram.



P. Quidū Aalonis Sulmo-  
nensis Epistolariū Heroidū liber Primus.  
Penelope Ulixi Eplā prima.

h Anc tua Penelope lento tibi mittit Ulixes  
Nil mihi rescribas-attamen ipse veni.

Troia iacet certe Danais inuisa puellis :

Vir Priamus tanti totaq; Troia fuit.

O vtinam : tunc cum Lacedemona classe petebat :

Obiutus insanis esset adulter aquis :

Non ego deserto iacuissim frigida lecto :

Nec quererer tardos ire relicta dies.

Nec mihi querenti spaciosam fallere noctem

Lassaret viduas pendula tela manus.

Quando ego non timui grauiora pericula veris.

Res est solliciti plena timoris amor.

In te fingebam violentos Troas ituros :

Nomine in Hectoreo pallida semper eram.

Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum

Antilochus nostri causa timoris erat.

Sive Meneciadem falsis cecidisse sub armis :

Flebam successu posse carere dolos.

Sanguine Tlepolemus Lyciam tepesecrat hastam

Tlepolemi lecto cura nouata mea est.

## Ep̄la. i. libri. i.

Deniq; quisquis erat castris ingulatus Achinis

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Sed bene consuluit casto deus equus amori :

Versa est in cineres sospite Troia viro.

Argolici rediere duces : altaria fumant :

Ponitur ad patrios barbara preda deos.

Grata ferunt nymphe pro saluis dona maritis :

Illi victa suis Troica fata canunt.

Mirantur iusti senes. trepidæq; puellæ :

Narrantis coniunt; pendet ab ore viri.

Tanc; aliquis posita monstrat fera pelia mensa :

Pingit et eriguo Pergama tota mero.

Hæc ibat Simois : hic est Sigeia tellus :

Hic steterat Priami regia celsa senis.

Illic Neacides : illic tendebat Ulipes :

Hic alacer missos terruit Hector equos.

Omnia nanc; tuo senior te querere missis

Retulerat nato Nestor : at ille mihi

Retulit et ferro Rhesium Dolonæq; cesos :

Uæq; sit hic somno probitus : ille dolo.

Ausus es o nimium : nimiumq; oblite tuorum :

Thracia nocturno tangere castra dolo.

## Penelope Ulyxi.

Totq; simul mactare viros : adiutus ab vno.

At bene cautus eras : et memor ante mei.

Vsq; metu micuere sinus : dum victor amicum

Dictus es Ismaris isse per agmen equis.

Sed mihi quid prodest vestris dissecta lacertis

Ilios : et murus : quod fuit ante solum :

Si maneo qualis Troia durante manebam :

Virq; mihi dempta sine carendus abest.

Diruta sunt alijs : vni mihi Pergama restant

Incola captiuo : que boue victor arat.

Jam seges est vbi Troia fuit : resecandaq; falce :

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

Semiseputa virum curuis feruntur aratris

Ossa : ruinosas occulit herba domus.

Victor abes : nec scire mihi que causa morandi :

Aut in quo lateas : ferreus : orbe licet.

Quisquis ad hec vertit peregrinam littoza puppin

Ille mihi de te multa rogatus abit :

Quamq; tibi reddat (si te modo viderit vsquam)

Traditur huic digitis charta notata meis.

Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua

Misimus : incerta est fama remissa Pylo.

## Eplā Prima.

Misimus et Spartem : Sparte quoq; nescia veri  
Quas habitas terras : aut vbi lentus abes.  
Vtilius starent etiam nunc menia Phebi  
Irascor votis hen leuis ipsa meis.  
Scirem vbi pugnares : et tantum bella timerem :  
Et mea cum multis iuncta querela foret.  
Quid timeam ignoro : timeo tamen omnia demens  
Et patet in curas area lata meas.  
Quaecunq; equos habet : quaecunq; pericula tellus :  
Tam longe causas suspicor esse more.  
Hec ego dum stulte meditor : que vestra libido est  
Esse peregrino captus amore potes.  
Sorsitan et narras q̄z sim tibi rustica coniunx :  
Que tantum lanas non finit esse rudes.  
Sallar et hoc crimen tennes vanescat in auras  
Necue reuertendi liber abesse velis.  
Ne pater Icarius viduo discedere lecto  
Cogit : et immensas increpat vsq; moras.  
Increpet vsq; licet : tua sim : tua dicar oportet :  
Penelope coniunx semper Ulixis ero.  
Ille tamen pietate mea precibusq; pudicis  
Frangitur : et vires temperat ipse suas.

## Penelope Ulyxi.

Dulichij : Samiq; et quos tulit alta Zacynthos

Turba ruunt in me luxuriosa proci

Inq; tua regnant : nullis prohibentibus : aula

Viscera nostra tue dilacerantur opes.

Quid tibi Pisandri : Polibum : Meduntaq; diris :

Eurymachiq; auidas : Antinoiq; manus

Atq; alios referam : quos omnes turpiter absens

Ipse tuo partis sanguine rebus alis.

Irus egens : pecorisq; Melanthius auto : edendi

Ultimus accedunt in tua damna pudor.

Tres sumus imbelles numero : sine viribus vporis

Laertesq; senex : Telemachusq; puer

Ille per insidias pene est mihi nuper ademptus

Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.

Dij precor : hoc inbeant : ut euntibus ordine fatia

Ille meos oculos comprimat : ille tuos

Hoc faciunt custosq; boum : longeuaq; nutritis

Tertius immunde cura fidelis hare.

Sed neq; Laertes : ut qui sit inutilis annis :

Hoslibus in medijs regna tenere potest.

Telemacho veniet : vivat modo : fortior etas :

Tunc erat auxiljs illa tuenda patris.

## Ep̄la Sc̄da.

Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis :

Tu citius venias portus et aura tuis.

Est tibi : sitq; precor : natus qui mollibus annis

In patrias artes erudiendus erat.

Respice Laerten : vt iam sua lumina condas :

Extremum fati sustinet ille diem.

Certe ego que fueram te discedente puella :

Protinus vt redeas facta videbor anus.

## Phyllis Demophoonti.

Ep̄stola Sc̄da.

h Ospita Demophos tua te rhodopeia Phyllis

Ultra promissum tempus abesse quero.

Comua cum lune pleno semel orbe coissent

Littoribus nostris anchora pacta tua est.

Luna quater latuit : toto quater orbe recreuit :

Nec vehit Aethreas Sithonis vnda rates.

Tempora si numeres : bene que numeram? amantes

Non venit ante suam nostra querela diem.

Spes quoq; lenta fuit : tardeq; sunt credita ledunt :

Credimus : inuita nunc et amante nocent.

Sepe fui mendax pro te : mihi sepe putavi

Alba procellosos vela referre nothos.

## Phyllis Demophoonti.

Thesca deuoni: quia te dimittere nolles:

Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.

Interdum timui ne: dum vada tendis ad Hebræ:

Mersa foret caua naufraga puppis aqua.

Sepe deos supplex: vt tu scelerate valeres:

Ipsa mihi dixi: si valet ipse venie.

Deniq; fidus amor: quicquid properantibus obstat

Sinit: et ad causas ingentosa sui.

At tu lentus abes: nec te iurata reducunt

Numina: nec nostro motus amore redis.

Demophoon ventis et verba et vela dedisti:

Vela quero: reditu: verba carere fide.

Dic mihi quid feci? nisi non sapienter amavi:

Crimine te potui demeruisse meo.

Vnum in me scelus est: quid te scelerate recepi:

Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet.

Iura: fides: vbi nunc: commissaq; dextera dextre:

Quiq; erat in falso plurimus ore deus.

Promissus socios vbi nunc Himeneus in annos

Qui mihi coniugij sponsor et obses erat.

Per mare quod totum ventis agitatur et vndis

Per quod sepe ieras: per quod iturus eras.

**Ep̄la. ij. libri. i.**

Perq; tuum mihi iurasti: nisi fictus et ille est:

Concita qui ventis equora mulcet: auum

Per Venerem: nimiumq; mihi facientia tela:

Altera tela arcus: altera tela faces.

Junonemq; toris que presidet alma maritis:

Et per te disere mystica sacra dee.

Si de tot leſis ſua numina quiſq; deorum

Vindictet: in penas non ſatis vnus eris.

At laceras etiam puppes furioſa reſeci:

Ut qua deſereret firma carina foret.

Remigiumq; dedi: quo me fugiturus abires:

ſeu patior: telis vulnera facta meis.

Credidimus blandis: quorum tibi copia: verbis.

Credidimus generi: numinibusq; tuis.

Credidimus lachrymis: an et he ſimulare docentur:

He quoq; habent artes: quaq; inuentur eunt.

Dijs quoq; credidimus. quid iam tot pignora nobis

Parte ſatis potui qualibet inde capi.

Nec moueor q; te iuui portuq;: locoq;

Debit hec meriti ſumma fuiſſe mei.

Turpiter hoſpitiū lecto cumulāſſe iugali

Penitet: et lateri conſeruiſſe lateris.

## Phyllis Demophoonti.

Que fuit ante illam mallem suprema fuisset

Et non mihi: dum potui Phyllis honesta mori.

Speravi melius: quia te meruisse putavi:

Quaecumq; ex merito spes venit: equa venit.

Fallere credentem non est operosa puellam

Gloria: simplicitas digna favore fuit.

Sum decepta tuis: et amans: et femina: verbis:

Dij faciant laudis summa sit ista tue.

Inter et Egidas media statuaris in vrbe:

Magnificus titulis stet pater ante suis.

Cum fuerit Schyron lectus: tounsq; Procustes:

Et Schinis: et tauri mixtaq; forma viri:

Et domite bello Thebe: fusiq; bimembres:

Et pulsata nigri regia ceca Ditis.

Hoc tua post illos titulo signetur imago:

Hic est: cuius amans hospita capta dolo est.

De tanta rerum turba factisq; parentis.

Sedit in ingenio Cressa puella tuo.

Quod solum excusat solum miraris in illo:

Heredem patrie perfide fraudis agis.

Illa: nec inuideo: fruitur meliore marito:

Inq; capistratis tigribus alta sedet.

## Ep̄la. ij. libri. i.

At mea despecti fugiunt connubia Thracēs.

Quz feror: externum preposuisse meis.

Atq; aliquis doctas iam nunc eat: inquit: Athenas

Armiferam Thracem qui regat alter erit.

Exitus acta probat: careat successibus opto

Quisquis ab eventu facta notanda putat.

At si nostra tuo spumescant equoia remo.

Jam mihi: iam dicar consuluisse meis:

Sed neq; consului: nec te mea regia tangit:

Jessaq; Bistoniam membra lauabis aqua.

Illa meis oculis species abeuntis inheret

Cum premeret portus classis icura meos.

Ausus es amplecti: colloq; infusus amantis

Oscula per longas iungere pressa moras.

Cūq; tuis lacrymis lacrimas confundere nostras

Quodq; foret velis aura secunda: queri

Et mihi discedens suprema dicere voce.

Phylli face expectes Demophoonta tuum.

Expectem: qui me nunq; visurus abisti:

Expectem pelago vela negata meo.

Et tamen expecto: redeas modo serus amanti.

Ut tua sit solo tempore lapsa fides.

## Phyllis Demophoonti.

Quid precor infelix : iam te tenet altera coniunx  
Sorsitan : et nobis qui male fauit amor  
Vtq; tibi excidimus : nullam puto Phyllida nosti :  
Hec mihi : si que sim Phyllis : et unde : rogas :  
Que tibi Demophoon : longis erroribus acto :  
Thracios portus : hospitiumq; dedi-  
Cuius opes auxere mee : cui dives egenti  
Munera multa dedi : multa datura fui  
Que tibi subieci latissima regna Licurgi :  
Nomine femineo vir satis apta regi-  
Qua patet umbrosus Rhodope glacialis ad Hemi  
Et sacer admissas erigit Hebrus aquas.  
Cui mea virginitas aibus libata sinistris :  
Castaq; fallaci zona recincta manu.  
Pronuba Tysiphone thalamis ululavit in illis :  
Et cecinit mestum devia carmen avis.  
Affuit Aleto biembus torquata colubis :  
Suntq; sepulchrali lumina mota face.  
Nesta tamen scopulos fruticosaq; littora calco :  
Quaq; patent oculis littora lata meis.  
Sine die laxatur humus : seu frigida lucent  
Sidera : prospicio quis freta ventus agat.

Eplā. ij. libri. i.

Et quecumq; procul venientia lintea vidi

Protinus illa meos auguro: esse deos.

In freta procurro: vir me retinentibus undis:

Mobile qua primas porrigit equos aquas.

Quo magis accedunt minus et minus utilis asto:

Linquor: et ancillis excipienda cado.

Est sinus adductos modice falcatus in arcus:

Ultima pierupta comua mole rigente.

Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas

Mens fuit: et quoniam fallere pergis erit.

Ab tua me fluctus proiectam litto:ra portent:

Occurrantq; oculis intumulata tuis.

Duricia ferrum vt superes: adamantaq;: teq;

Non tibi sic dices Phylli sequendus eras.

Sepe venenorum fitis est mihi: sepe cruenta

Traiectam gladio morte perire iuvat.

Colla quoq; infidis que se nectanda la certis

Prebuerant laqueis implicuisse iuvat.

Stat nece matura tenerum pensare pudorem:

In necis electum parua futura mora est.

Inscribere meo causa inuidiosa sepulchro

Aut hoc aut simili carmine notus eris:

## Briseis Achilli.

Phyllida Demophoon leto dedit hospes amantem.

Ille necis causam prebuit: ipsa manum.

## Briseis Achilli.

Epistola Tertia.

q. Vam legis a rapta Briseide littera venit:

Vix bene barbarica greca notata manu.

Quas cumq; aspicias lachryme fecere lituras:

Sed tamē he lachryme pondera voce habent.

Si mihi pauca queri de te dominoq; viroq;

Sas est: de domino pauca viroq; querar.

Non ego poscenti q; sum cito tradita regi

Culpa tua est: quis hec quoq; culpa tua est.

Nā simul Eurybathes me Talchybiusq; vocarunt

.. Eurybati data sum. Talchybioq; comes.

Alter in alterius iactantes lumina vultum:

Querebant taciti: noster vbi esset amor.

Differri potui: pene mora grata fuisset:

Hei mihi discedens oscula nulla dedi.

De lachrymas sine fine dedi: rupiq; capillos

Infelix: iterum sum mihi visa rapi.

Sepe ego decepto volui custode reuerti:

Sed me qui timidam prenderet hostis erat.

## Ep̄la Tertia.

Si progressa forem : caperer nocte timebam  
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.  
Sed data sum : quia danda fui : tot noctib<sup>9</sup> absum  
Nec reperoi : cessas : iraq<sup>z</sup> lenta tua est.  
Ipse Menetiades tunc cum tradebar : in aure  
Quid fles ? hic paruo tempore dixit eris  
Non repetisse parum est : pugnas ne reddat Achille  
Nunc et cupidi nomen amantis habe.  
Venerunt ad te Thelamone et Amyntone nati  
Ille gradu propior : sanguinis ille comes :  
Laerteq<sup>z</sup> satus : per quos comitata redirem  
Aururunt blandas grandia dona preces  
Viginti fuluos operoso ex ere lebetes  
Et tripodas septem pondere et arte pares :  
Abdita sunt illis auri bisquinq<sup>z</sup> talenta :  
Biffeni assueti vincere semper equi  
Quodq<sup>z</sup> superuacuum est forma prestante puella  
Lesbides : euersa corpora capta domo  
Cūq<sup>z</sup> tot his (sed non est opus tibi coniuge) coniung  
Et Agamemnonijs vna puella tribus.  
Si tibi ab Atrida precio redimenda fuiffem  
Que dare debueras accipere illa negas

## Briseis Achilli.

Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille ?

Quo lenis a nobis tam cito fugit amor ?

An miseros tristis fortuna tenaciter urget :

Nec venit inceptis mollior aura meis.

Diruta maree tuo Lyrnesia menia vidi :

Et fueram patrie pars ego magna mee.

Vidi consortes pariter generisq; necisq;

Tres cecidisse : tribus que mihi mater erat.

Vidi : quantus erat : fuscum tellure cruenta

Pectora lactantem sanguinolenta virum.

Tot tamen amissis te compensauimus vnum :

Tu dominus : tu vir : tu mihi frater eras.

Tu mihi iuratus per numina matris aquose

Vtile dicebas ipse fuisse capi.

Scilicet vt : quous veniam dotata : repellar :

Et mecum fugias que tibi dantur opes.

Quinetiam fama est quom crastina fulserit hora

Te dare nubiferis linea vela notis.

Quod scelus vt pauidas misere mihi contigit aures

Sanguinis atq; animi pectus inane fuit.

Ibis : et o miseram cui me violente relinquis :

Quis mihi deserere mite leuamen erit.

## Briseis Achilli.

Deuor ante precor: subito telluris hiatus: D  
Aut rutilo missi fulminis igne cremer: D  
Qui sine me Phibys canescant equora remis: D  
Et videam puppes ire relictas tuas. D  
Si tibi iam reditusque placent: patrumque penates: D  
Non ego sum classi sarcina magna tuae  
Victorem captiua sequar: non nupta maritum: D  
Est mihi que lanas molliat apta manus.  
Inter et Acheidas longe pulcherrima matres D  
In thalamos coniunxibat eatque tuos  
Digna nurus socero Iouis Regineque nepote: D  
Cuique senex Nereus pro socer esse velit.  
Nos humiles famuleque tue data pensa trahemus  
Et minuent plenas stamina nostra colos.  
Eragitet ne me tantum tua deprecor: vxor: D  
Que mihi nescio quo non erit equa modo.  
Ne meos coram scindi patiare capillos: D  
Et leniter dicas: hec quoque nostra fuisset  
Vel patiari licet: dum non contempta relinquare: D  
Sic mihi: ve misere: concutit ossa meos.  
Quid tamen expectas: Agamemnona penitet ire: D  
Et iacet ante tuos Grecia mesta pedes.

## Ep̄la Tercia.

Vince animos : iramq; tuam : qui cetera vincis :

Quid lacerat Danaas impiger Hector opes.

Arma cape Neacide : sed me tamen ante recepta :

Et preme turbatos : Marte favente : viros.

Propt̄ me mota est : propt̄ me desinat ira :

Sinq; ego tristitie causa modusq; tue.

Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris :

Coniugis Oenides versus in arma prece est.

Res audita mihi : nota est tibi : fratribus orba

Devovit nati spemq; caputq; parens.

Bello erat ille feror : positis secessit ab armis :

Et patrie rigida mente negavit opem.

Sola virum flexit coniunx : felicioꝝ illa :

At mea pro nullo pondere verba cadunt.

Nec tamen indignoꝝ : nec me pro coniuge gessi :

Sepius in domini serua vocata torum.

Me quondam : memini : dominaꝝ captiva vocabat

Servitio dixi nominis addis onus.

Per tamen ossa viri subito male tecta sepulchro

Semper iudicis ossa verenda meis :

Perq; trium fortes animas : mea numina : fratrum

Qui bene pro patria : cum patriaq; iacent :

## Ep̄la Tercia.

Perqz tuum nostrūqz caput quod iunximus vnas

Perqz tuos enses cognita tela meis

Nulla Mycencum sociasse cubilia mecum

Juro : fallentem deseruisse velis.

Si tibi nunc dicam fortissime tu quoqz iura

Nulla tibi sine me gaudia facta neges.

At Danai merere putant tibi plectra mouentur :

Te tenet in tepido : mollis amica : sinu

Et si quis querat quare pugnare recuses

Pugna nocet cythare : norqz venusqz iuuant

Tutus est iacuisse toro tenuisse puellam :

Threiciam digitis increpuisse lyram :

Om̄i manibus clypeos et acute cuspidis hastam :

Et galeam pressa sustinuisse coma.

Sed tibi pro tutis insignia facta placebant :

Partaqz bellando gloria dulcis erat.

An tantum : dum me raperes : fera bella probabas :

Cumqz mea patria laus tua victa iacet

Dij melius : validoqz precor vibrata lacerto

Transcat Hectoricum Pelias hasta latus.

Mittite me Danai : dominum legata rogabo :

Mixtaqz mandatis oscula multa feram

## Briseis Achilli.

Plus ego q̄ Phœnix : plus q̄ facundus Ulixes :

Plus ego q̄ Teucris : credite : frater agamemnoni :

Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis :

Presentesq; oculos admonuisse sinus.

Sis licet inimicis : marisq; ferocior vndis :

Ut taceam : lachrymis comminuere meis :

Tunc quoq; (sic omnes Peleus pater impleat annos

Sic eat auspicijs Pyrrhus ad arma tuis)

Respice sollicitam Briseida fortis Achille :

Nec miseram lenta ferreus vire mora.

At si versus amor tuus est in tedia nostri :

Quam sine te cogis vivere : coge mori.

Utq; facis coges : abijce corpusq; colorq; :

Sustinet hoc animi spes tamen vna tui.

Qua si destituar : repetam fratresq; vtrumq; :

Nec tibi magnificum femina iussa mori.

Cur ante inbeas : stricto pete corpora ferro :

Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.

Ne petat ille tuus : qui si dea passa fuisset :

Ensis in Alcide pectus iuratus erat.

At potius serues nostram : tua munera : vitam :

Quod dederas hosti victo : amica rogo.

## Ep̄la. iiii. libri. i.

Perdere quos melius possis neptunia prebent

Pergama : materiam cedis ab hoste pete.

Ne modo : sine paras impellere remige classeni :

Sive manes : domini more venire iube.

## Phedra Hippolito.

Epistola Quarta.

Qua : nisi tu dederis : caritura est ipsa : salute :

Mittit Amasonio : Cressa puella : viro.

Perlege quodcumqz est : quid epistola lecta nocebit :

Te quoqz in hac aliquid quod iuuet esse potest

His archana notis : terra : pelagoqz feruntur :

Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.

Ter tecum conata loqui : ter inutilis hesit

Lingua : ter in primo destitit ore sonus.

Qua licet et sequitur : pudor est miscendus amor.

Dicere que puduit : scribere iussit amor.

Quicquid amor iussit non est contemnere tutum :

Regnat : et in dominos ius habet ille deos.

Ille mihi primo dubitanti scribere : dixit.

Scribe : dabit victas ferreus ille manus.

Absit : et ut nostras avido fouet igne medullas :

Sigat sic animos in mea vota tuos.

## Phedra Hippolito.

Non ego nequitia socialia federa rumpam:

Sama: velim queras: crimine nostra vacat.

Venit amor: grauius quo serius vrinur: intus

Vrimur: et cecum pectora vulnus habent.

Scilicet vt teneros ledunt iuga puina iuuenos:

Srenaq; vir patitur de grege captus equus.

Sic male-virq; subit puimos rude pectus amores:

Sarcinaq; hec animo non sedet apta meo.

Ars fit vbi teneris crimen condiscitur annis:

Que venit exacto tempore peius amat.

Tu noua seruate carpes libamina fame:

Et pariter nostrum fiet vterq; nocens.

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis:

Et tenui puimam deligere vngue rosam.

Sic tamen ille puor: quo me sine crimine gessi:

Candor: ab insolita labe notandus erat.

Ac bene successit: digno q; adurimur igne:

Peius adulterio turpis adulter obest.

Si mihi concedat Juno fratremq; virumq;:

Hippolitum video prepositura Ioui.

Jam quoq; (vir credes) ignotas mietor in artes:

Est mihi per sevas impetus ire feras.

## Ep̃la Quarta.

In nemus ire libet : pressisq; in retia ceruis  
hortari celeres : per iuga summa : canes.  
Jam mihi prima dea est arcu presignis adunco  
Delia : iudicium subsequar ipsa tuum.  
Aut tremulum excusso iaculum vibrare lacerto  
Aut in graminea ponere corpus humo.  
Sepe inuat versare leues in puluere currus  
Torquentem frenis ora fugacis equi.  
Nunc feror vt Bacchi furij's Eleides acte :  
Queq; sub ydeo timpana colle mouent.  
Aut quas semidee Dryades. Sanniq; bicornes  
Nimine contactas attonuere suo.  
Nanq; mihi referunt : cum se furor ille remisit :  
Omnia : me tacitam conscius vrit amor.  
Sorsitan hunc fato generis reddamus amorem  
Et Venus ex tota gente tributa petit.  
Iupiter Europam : prima est ea gentis origo :  
Dilexit tauro dissimulante deum.  
Pasiphae mater decepto subdita tauro  
Enixa est vtero crimen onusq; suo.  
Perfidus Egides ducentis fila secutus  
Curua mee fugit tecta sororis ope.

## Phedra Hippolito.

En ego : ne forte parum Minodia credar :

In socias leges vltima gentis eo

Hoc quoq; fatale est : placuit domus vna duabus

Me tua forma capit : capta parente soror.

Thesides Thesusq; duas raptare sorores

Ponite de nostra bina trophea domos

Tempore quo nobis inita est cerealis Eleusis

Gnosia me vellem detinisset humus

Tunc mihi precipue : nec non tamen ante : placebas

Acer in extremis ossibus hesit amor.

Candida vestis erat : precincti flore capilli :

Flava verecandus tingerat oia rubor.

Quemq; vocant alie vultum rigidumq; trucemq;

Pro rigido Phedra indice fortis erit.

Sint procul a nobis iuuenes vt femina compta

Sine colimodico forma virilis amat.

Te tuus iste rigor : posittq; sine arte capilli

Et leuis egregio puluis in ore decet.

Sive ferocis equi luctantia colla retorques :

Exiguo flexos miror in orbe pedes

Sen lentum valido torques hastile lacerto :

Oia seror in se versa lacertus habet.

**Ep̄la. iij. libri. i.**

**Siue tenes lato venabula coinea ferro :**

**Deniq; nostra iuuat lumina quicquid agis.**

**Tu modo duritiem siluis deponere iugosis :**

**Non sum materia digna perire tua.**

**Quid iuuat incincte studia exercere Dianes**

**Et Veneri numeros eripuisse suos ?**

**Quod caret alterna requie durabile non est :**

**Hec reparat vires : fessaq; membra nouat.**

**Arcus et arma tue tibi sint imitanda Diane :**

**Si nunq; cesses tendere mollis erit.**

**Clarus erat siluis Cephalus : multeq; per herbas**

**Conciderant illo percutiente fere.**

**Nec tamen Aurore male se prebebat amandum :**

**Ibat ad hunc sapiens a sene diua viro.**

**Sepe sub ilicibus Venerem Citaraq; creatum**

**Sustinuit positos quelibet herba duos.**

**Arfit et Oenides in Menalia Athalanta :**

**Illa fere spoliū : pignus amoris habet.**

**Nos quoq; iam primum turba numeremur in ista :**

**Si Venerem tollas : rustica silua tua est.**

**Ipsa comes veniam : nec me salebrosa monebunt**

## **Phebia Hippolito.**

Saxa : nec obliquo dente timendus aper.

Æquora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon-

Et tenuis tellus audit utrunq; mare :

Hic tecum Trojena colam Picheia regna :

Jam nunc est patria charior illa mea.

Tempus abest : aberitq; diu : Neptunius heros :

Illam Pirynthoi detinet ora sui.

Preposuit Theseus : nisi nos manifesta negamus :

Pirynthoum Phebie : Pirynthoumq; tibi-

Sola nec hec ad nos iniuria venit ab illo :

In magnis lesi rebus uterq; sumus.

Ossa mei fratris clava perfracta trinodi

Sparsit humi : soror est preda relicta feris-

Puina securigeras inter virtute puellas

Te peperit nati digna favore parens-

Si queras vbi sit : Theseus latus ense peregit :

Nec mater tanto pignore tuta fuit-

Ac ne nupta quidem : thedaq; accepta iugali

Cur ? nisi ne caperes regna paterna nothus.

Addidit et fratres ex me tibi : quos tamen omnes

Non ego tollendi causa : sed ille fuit-

## Ep̃la Quarta.

O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum  
In medio niri viscera rupta forent.  
In nunc : et meriti lectum reuerere parentis  
Quem fugie : et factis abdicat ille suis.  
Nec quia puivigno videar coitura nouerca  
Terruerint animos nomina vana tuos.  
Ista vetus pietas euo moitura futuro  
Rustica Saturno regna tenente fuit.  
Iupiter esse pium statuit quodcumq; iuaret :  
Et fas omne facit fratre marita sorore.  
Illa coit firma generis iunctura catena  
Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.  
Nec labor est : celare licet : pete minus ab illa  
Cognato poterit nomine culpa tegi.  
Viderit amplexus aliquis : laudabimur ambo :  
Dicar puivigno fida nouerca meo.  
Non tibi per tenebras duri referanda mariti  
Janua : nec custos decipiendus erit.  
Ut tenuit domus vna duos : domus vna tenebit :  
Oscula aperta dabas : oscula aperta dabis.  
Tutus eris mecum laudemq; merebere culpa  
Tu licet in lecto conspiciere meo.

## Phedra Hyppolito.

Tolle moras tantum : properataq; federa iunge :  
Qui mihi nunc seuit sic tibi parcat amor.  
Non ego dedigno: supplex humilifq; precari :  
Zeus mihi nunc fastus altaq; verba iacent.  
Et pugnare diu : nec me summittere culpe  
Certa fui : certi si quid haberet amor.  
Dicta precor : genibusq; tuis regalia tendo  
Brachia : quid deceat non videt vllus amans  
Depubuit : profugusq; pudor: sua signa reliquit  
Da veniam fassè : duraq; corda doma-  
Oz mihi sit genitor: qui possidet equora Minos :  
Oz veniant proavi fulmina tota manu-  
Oz sit annus radijs frontem vallatus acutis  
Purpureo tepidum qui mouet axe diem  
Nobilitas sub amore iacet : miserere priorum :  
Et mihi si non vis parcere : parce meis.  
Est mihi dotalis tellus : Jouis insula : Crete  
Seruiat Hyppolito regia tota mea.  
Flecte feros animos : potuit corrumpere taurum  
Mater : eris tauro senior ipse truci.  
Per Venerem parcas oro-que plurima mecum est :  
Sic nunq; que te spernere possit ames.

## Ep̄la. v. libri. i.

Sic tibi secretis agilis dea saltibus absit:

Siluaq; perendas prebeat alta feras.

Sic faueant Satiri: montanaq; numina Panes:

Et cadat aduersa cuspide fossus aper.

Sic tibi dent nymphe: quibus odisse puellas

Diceris: arentem que leuet vnda sitim.

Adimus his precibus lachrymas quae verba precantis

Perlegis: et lachrymas finge videre meas.

## Denone Paridi.

Epistola Quinta

Perlegis: an conuictus prohibet noua: plege non est

Ista Mycena littera scripta manu.

Pegasis Denone Phrygijs celeberrima siluis

Lesia quoror de te: si finis ipse: meo.

Quis deus opposuit nostris sua numina votis

Ne tua permaneat: quod mihi crimen obest?

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est:

Que venit indigne pena: dolenda venit.

Nondum tantus eras: cum te contenta marito

Edita de magno flamine nympha fui.

Qui nunc Pyramides: absit reuerentia vero:

Seruus eras: seruo nubere nympha tulla.

## Denone Paridi.

Sepe greges inter requievimus : arbore tecti :

Mirtaq; cum folijs prebuit herba torum.

Sepe super stramen fenog; iacentibus alto.

Depressa est humili cana pinina casa.

Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos ?

Et tegetet catulos qua fera rupe suos ?

Retia sepe comes maculis distincta tetendi :

Sepe citos egi per iuga summa canes.

Inscise servant a te mea nomina phagi :

Et lego: Denone falce notata tua.

Populus est ( memini ) fluuiali consita ripa :

Est in qua nostri littera scripta memor.

Et quantum trunci : tantum mea nomina crescunt :

Crescite : et in titulos surgite rite meos.

Popule viue precor : que consita margine ripe :

Hoc in rugoso cortice carmen habes.

Quum Paris Denone poterit spirare relictas :

Ad fontem Xanti versa recurret aqua.

Xante retro propera : versaq; recurrite nymphae :

Sustinet Denonem deseruisse Paris.

Illa dies fatum misere mihi dixit : ab illa

Pessima mutati cepit amoris hyems.

## Eplā. v. libri. i.

Qua Venus et Juno : sumptis decentior armis

Venit in arbitrium nuda Minerva tuum.

Attoniti micuere sinus : gelidusq; cucurrit :

Ut mihi narraſti : dura per oſſa tremor.

Conſului ( neq; em̄ modice terrebar ) anuſq; :

Longe uoſq; ſenes conſtitit eſſe nefas.

Ceſa abies : ſecteq; trabes : et claſſe parata

Cerula ceratas accipit vnda rates.

ſleſti diſcedens : hoc ſaltem parce negare :

Prieterito magis eſt iſte pudendus amor.

Et fleſti : et noſtros vidisti flentis ocellos :

Miſcuimus lachrymas : meſtus uterq; ſuas

Non ſic appoſitis vincitur vitibus vlmus

Ut tua ſunt collo brachia nexa meo.

Ah quotiens : cum te vento querere teneri :

Riſerunt comites : ille ſecundus erat.

Oſcula dimiſſe quotiens repetita dediſti :

Quam vix ſuſtinuit dicere lingua : vale.

Aura leuis rigido pendentia lintea malo

Suſcitat : et remis eruta canet aqua.

Proſequor : infelix oculis abeuntia vela :

Qua licet et lachrymis humet harena meſo.

## Demone Paridi.

Vtq; celer venias : virides Nereides oro :

Scilicet vt redeas in mea damna celer.

Votis ergo meis aliq; reditu redesti.

Hei mihi pro dira pellice blanda fui.

Aspicit immensum moles nativa profundum.

Mons fuit : equoreis illa resistit aquis.

Hinc ego vela tue cognoui prima carine.

Et mihi per fluctus impetus ire fuit.

Dum moror : in summa falsit mihi purpura proia.

Pertinui : cultus non erat ille tuus.

Sit propior : terrasq; cita ratis attigit aura.

Semineas vidi : corde tremente : genas.

Non satis id fuerat (quid em furiosa morabar).

Herebat gremio turpis amica tuo.

Tunc fleui : rupiq; sinus : et pectora planxi :

Et secui madidas : ungue rigente : genas.

Impleuiq; sacram querulis ululacibus Idam :

Illuc has lachrymas in mea sapa tuli.

Sic Helene doleat : desertaq; coniuge ploret :

Quaeq; prior nobis intulit : ipsa ferat.

Tunc tecum veniant : que te per aperta sequuntur.

Equora : legitimos : destituantq; viros.

**Ep̄la. v. libri. i.**

At cum pauper eras : armentaꝝ pastor agebas :

Nulla nisi Oenone pauperis vxor erat.

Non ego miro : opes : nec me tua regia tangit :

Nec de tot Priami dicar vt vna nurus.

Non tamen vt Priamus nymphæ socer esse recuset :

Nat Hecube fuerim dissimulanda nurus.

Dignaꝝ sum : et cupio fieri matrona potentis.

Sunt mihi quas possunt sceptrâ decere man<sup>9</sup>

Nec me : faginea q̄ tecum fronde iacebam :

Despice : purpureo sum magis apta toro.

Deniq̄ tutus amor meus est : tibi nulla parantur

Bella : nec vltices aduehit vnda rates.

Tyndaris infestis fugitiua repositur armis :

Hæc venit in thalamos dote superba tuos.

Que si sit Danais reddenda : vel Hectoria fratrem :

Vel cum Deiphobo polydamanta roga.

Quid grauis Anthenor : Priamus quid suadeat ipse

Consule : quis etas longa magistra fuit.

Turpe rubimentum est patrie preponere raptam :

Causa pudenda tua est : iusta vir arma mouet

Nec tibi : si cupias fidem : promitte Læcenam :

Que sit in amplexus tam cito versa tuos.

## Denone Paridi.

Ut minor Acrides temerati federa lecti

Clamat : et eterno lesus amore dolet.

Tu quoq; clamabis. nulla reparabilis arte

Lesae pudicitia est deperit ipsa semel.

Ardet amore tui : sic et Menelaon amavit :

Tunc iacet in viduo credulus ipse toro

Selix Andromache certo bene nupta marito :

Proz ad exemplum fratris habenda sui.

Tu leuis folijs tunc cum sine pondere succi

Mobilibus ventis arida facta volant.

Et minus est in te q̄s in summa pondus arista

Que leuis assiduis solibus vsta riget.

Hec tua : nam recolo : quondam germana canebat

Sic mihi diffusis vaticinata comis.

Quid facis Denone ? quid harene semina mandas ?

Non profecturis lictora bobus aras.

Graia iuuenca venit : que te : patriamq; : domumq;

Perdat. so prohibe : graia iuuenca venit.

Dum licet : obscenam ponto demergite puppin :

Heu quantum Phrigi sanguinis illa vehit.

Dixerat : in cursu famule rapuere furentem

At mihi flauentes diriguere come.

## Ep̄la Quinta.

Oh nimium misere vates mihi vera fuisti:  
Possidet en saltus illa iuuenta meos.  
Sit facie quavis insignis: adultera certe est:  
Deseruit socios: hospite capta: deos.  
Illam de patria Theseus (nisi nomine fallo:  
Nescio quis Theseus) abstulit arte sua.  
A iuvene et cupido credatur reddita virgo?  
Unde hec compererim tam bene queris: amo.  
Vim licet appelles: et culpam nomine veles:  
Que totiens rapta est: prebuit ipsa rapi.  
At manet Oenone fallenti casta marito:  
Et poteris falli legibus ipse tuis.  
Me Satyri celeres (siluis ego tecta latebam)  
Questierant rapido: turba proterva: pede.  
Comigerumq; caput pinu precinctus acuta:  
Saunus: in immensis: qua tumet yda: iugis.  
Ne fide conspicuus Troie munitor amavit:  
Ille mee spoliis virginitatis habet.  
Id quoq; luctando: rupi tamen ungue capillos:  
Qua; sunt digitis aspera facta meis.  
Nec precium stupri aurum: gemmasq; poposcit:  
Turpiter ingenium munera corpus emunt.

## Hypsipyle Jasoni.

Ipsè ratur dignam : medicas mihi tradidit artes :

Abmisitq; meas ad sua dona manus.

Quæcunq; herba potens ad opem : radixq; medendi

Vallis in toto nascitur orbe : mea est.

Ne miseram q; amor non est medicabilis herbis :

Deficio : prudens artis : ab arte mea.

Ipsè reperto : opis vaccas pavisse Phereas

Fertur : et a nostro sanctius igne fuit.

Quod neq; graminiibus tellus fecunda creatis :

Nec deus : auxilium tu mihi ferre potes.

Et potes : et merui : digne miserere puelle :

Non ego cum Danaïis arma eruenta fero.

Sed tua sum : tecumq; fui puerilibus annis :

Et tua quod superest temporis esse precor.

## Liber Scidis et Pharus Duidij.

Hypsipyle Jasoni. Epila sexta.

Iteora Thessalie reduci tetigisse carina

Diceris : aurate vellere dines onis.

Gratulor incolumi : quantum finis : hoc tamen ipso

Debueram scripto certior esse tuo.

Nam ne pacta quidem : præter mea regna redires

Cum cuperes ventos : non habuisse potes.

## Ep̄la. i. libri. ij.

Quelibet aduerso signetur epistola vento  
Hypsiphile missa digna salute sui.  
Cur mihi fama prior : q̄ nuncia littera : venit :  
Iffe sacros Martis sub iuga panda boues ?  
Seminibus iactis segetes adolesse viroium ?  
Inq̄ necem dextro non eguisse tua ?  
Peruigilem spoliū pecudis seruare draconem :  
Rapta tamen forti vellera fulua manu ?  
Hec ego si possem timide credentibus ista  
Ipsē mihi scripsit dicere : quanta forem.  
Quid querar officium lenti cessasse mariti  
Obsequium : maneo si tua : grande tui.  
Barbara narratur venisse venefica tecum  
In mihi promissi parte futura thori.  
Credula res amor est : utinam temeraria dicar  
Criminibus falsis insimulasse virum.  
Nuper ab Emonijs hospes mihi Thessalus oris  
Venerat : et tactum vix bene limen erat.  
Esomides dixi quid agit meus : ille pudore  
Hesit : in opposita lumina fixus humo.  
Protinus exiui : tunicisq̄ a pectore ruptis :  
Vixit : an exclamo : me quoq̄ fata trahunt.

## Hyppiphile Jasoni.

Vixit ait: timidumq; mihi iurare coegi-

Vix mihi: teste deo: credita vita tua est-

Utq; animus redijt: tua facta requirere cepi:

Narrat et eripedes Martis arasse boues-

Vipereos dentes in humum pro semine iactos:

Et subito natos arma tulisse viros-

Terrigenas populos civili morte peremptos:

Impleffe etatis fata diurna sue-

Deiictus serpens. iterum si vivat Jason

Querimus: alternant spesq; timorq; fidem.

Singula dum narrat: cursu studioq; loquendi

Detegit ingenio vulnera facta tuo.

Heus vbi pacta fides? vbi connubialia iura?

Saxq;? sub arsuos dignior ire rogos.

Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba Juno

Abfuit: et fertis tempora vincetus Hymen?

At mihi nec Juno: nec Hymen: sed tristis erynnis

Pretulit infastas: sanguinolenta: faces.

Quid mihi cum Minijs? quid cum Tritomide pinu?

Quid tibi cum patria nauita Tipheri mea?

Non erat hic aries villo spectabilis aureo:

Non senis Oete regia Lemnos erat.

## Ep̄la. i. libri. ij.

Certa fui primo (sed me mea fata trahebant)

Hospita feminea pellere castra manu.

Lemniadesq; viros : nimum quoq; vincere nouit:

Milite tam forti vita tuenda fuit.

Urbe virum vidi : tectoq; animoq; recepi :

Hic tibi bisq; estas : bisq; cucurrit hyems-

Tertia messis erat cum tu dare vela coactus-

Implesti lachrymis talia verba tuis-

Abstraho: Hyspiphile : si dent modo fata recursum

Vir tuus hinc abeo : vir tibi semper ero.

Quod tamen e nobis grauida celatur in aluo

Diuat : et eiusdem sumus vterq; parens.

Hactenus et lachrymis in falsa cadentibus ora

Cetera te memini non potuisse loqui.

Ultimus e socijs sacram conscendis in argon :

Illa volat : ventus concava vela tenet.

Cerula propulse subducitur vnda carine :

Terra tibi : nobis aspiciuntur aque.

In latus omne patens turris circumspicit vndas :

Huc feror : et lachrymis osq; sinusq; madent

Per lachrymas specto : cupidoq; fauentia menti

Longius assueto lumina nostra vident.

## Hypsiphile Jasoni.

Abbo preces castas : immixtaq; vota timori :

Tunc quoq; te salvo persoluenta mihi.

Vota ego persolvam : votis Medea fruatur :

Cor dolet : atq; ira mixtus abundat amor.

Dona feram templis : vivum q; Jasona perdam :

Hospita pro damnis concidet icta meis.

Non equidem secreta fui : semperq; verebar

Ne pater Argolica sumeret vrbe nurum.

Argolicas timui : nocuit mihi barbara pellex :

Non expectato vulnus ab hoste tuli.

Nec facie meritq; placet : sed carmine mouit :

Diraq; cantata pabula falce metit.

Illa reluctantem cursu deducere lunam

Nititur : et tenebris abdere solis equos.

Illa refrenat aquas : obliquaq; flumina sistit :

Illa loco silvas : vinctaq; saxa : mouet.

Per tumulos errat sparsis discincta capillis :

Certaq; de tepidis colligit ossa rogis.

Deuouet absentes : simulachraq; cerea fingit :

Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Et que nescirem melius : magis queritur herbis :

Morbis : et forma conciliandus amor.

## Ep̄la .i. libri .ij.

Hanc potes amplecti : thalamoq; relictus in vno  
Impavidus somno nocte silente frui.  
Scilicet vt tauros : ita te iuga ferre coegit :  
Quaq; feros angues : te quoq; mulcet ope.  
Abbeq; ascribi factis procerumq; tuisq;  
Se facit : et titulo coniugis vror obest.  
Atq; aliquis Pelie de partibus acta venenis  
Imputat : et populum qui sibi credat : habet  
Non hec Esombes : sed filia Phasis Oete  
Aurea Phryree terga reuulsit ouis.  
Non probat Alcimene mater tua : consule matrem :  
Non pater a gelido cui venit ape nurus.  
Illa sibi a Thanais : Scithiceq; paludibus vnde  
Querat : et a patria Phasidis vsq; virum.  
Mobilis Esomibe : vernaq; incertior aura :  
Cur tua polliciti pondere verba carent ?  
Vir meus hinc ieras : cur non meus inde redisti ?  
Sim reducis coniunx : sicut euntis eram.  
Si te nobilitas : generosaq; nomina tangunt :  
En ego Nindo nata Thoante feror.  
Bacchus auus : Bacchi coniunx redimita corona  
Pieradiat stellis signa minora suis.

## Hypsiphile Jasoni.

Dos tibi Lemnos erit : terra ingeniosa colenti :

Me quoq; res tales inter habere potes.

Nunc etiam peperit : gratare ambobus Jason :

Dulce mihi grauide fecerat auctor onus.

Selix in numero quoq; sum : prolemq; gemellam

Pignora Lucina bina fauente dedi.

Si queras cui sint similes : cognosceris illis :

Sallere non nouunt : cetera patris habent :

Legatos quos pene dedi pro matre ferendos :

Sed tenuit ceptas sua nouerca vias.

Medeam timui plus est Medea nouerca :

Medee faciant ad scelus omne manus.

Spargere que fratris potuit lacerata per agros

Corpora : pignoribus parceret illa meis :

Hanc tamen : o demens : Colchisq; ablate venenis :

Diceris Hypsiphiles preposuisse thoro.

Turpiter illa virum cognouit adultera virgo :

Me tibi : teq; mihi : tuda pudica dedit.

Prodidit illa patrem rapui de cede Thoanta-

Deseruit Colchos : me mea Lemnos habet.

Quid referam : scelerata piam si vincit : et ipso

Crimine dotata est : emeruitq; virum.

## Ep̄la. i. libri. ij.

Lemniadum facinus culpo : non miro: Jason :

Quelibet iratis ipse dat arma dolor.

Dic age : si ventis ( vt oportuit ) actus iniquis

Intraffes portus : tuq; comesq; meos :

Obuiaq; erissem fetu comitata gemello :

( Discere nempe tibi terra roganda foret )

Quo vultunatos : quo me scelerate videres

Perfide : quo precio : qua nece dignus eras

Ipsē quidem : per me : tutus sospesq; fuisses :

Non quia tu dignus : sed quia mitis ego

Pellicis ipsa meos implestem sanguine vultus :

Quosq; veneficijs abstulit illa suis

Medee Medea forem. q; si quis ab alto

Iustus adest precibus Jupiter ipse meis

Quod gemit Hysiphile : lecti quoq; succuba nostri

Mereat : et leges sentiat ipsa suas.

Utq; ego desitno: coniunx materq; duorum :

A totidem natis orba sit illa viro.

Nec male parta diu teneat : peiusq; relinquat :

Exulet : et toto querat in orbe fugam.

Qui fratri germana fuit : miseroq; parenti

Silia : tam natis : tam sit acerba viro.

## Dido Aeneae.

Cum mare: cum terras consumpserit: aera tentet:

Erret inops: erpes: cede cruenta sua.

Hec ego coniugio fraudata Thoantias oro:

Diuite deuoto nuptaq; virq; thoro.

## Dido Aeneae.

Epistola septima.

¶ Te: ubi fata vocant: vdis ablectus in herbis

Ad vada Meandri concinit albus olor.

Nec quia te nostra sperem prece posse moueri

Alloquor: aduerso mouimus ista deo-

Sed meriti famam: corpus: animumq; pudicum

Cum male perdiderim: perdere verba leue est-

Certus es ire tamen: miseramq; relinquere Dido:

Atq; idem venti vela: fidemq; ferent.

Certus es Aenea cum federe soluere naues:

Quaeq; ubi sint nescis: Itala regna sequi-

Nec noua Carthago: nec te crescentia tangunt

Menia: nec scepra tradita summa tuo-

Sacta fugis: facienda petis: querenda per orbem

Altera: quesita est altera terra tibi-

Ut terram inuenias: quis eam tibi tradet habenda-

Quis sua non notis arua tenenda dabit?

## Ep̄la. ij. libri. ij.

Alter habendus amor tibi restat : et altera Dido

Quamq; iterum fallas : altera danda fides.

Quando erit ut condas instar Carthagini urbem ?

Et videas populos altus ab arce tuos ?

Omnia si veniant : nec te tua vota moerentur :

Vnde tibi que te sic amet vxor erit ?

Dio : ut inducto cerate sulphure te de :

Aeneamq; animo norq; diesq; refert.

Aeneasq; oculis vigilantem semper inheret :

Ut pia fumosis thura cremata focis.

Ille quidem male gratus : et ad mea munera surdus

Et quo : si non sim stulta : carere velim.

Non tamen Aeneam : quis male cogitet : odi :

Sed quero infidum : quæstaq; peius amo.

Parce Venus nurui : durumq; amplectere fratrem ?

Frater amor castris militet ille tuis.

Aut ego que cepi ( neq; em̄ dedigno : amare )

Materiam cure prebeat ille mee.

Sallo : et ipsa mihi falso iactatur imago :

Marris ab ingenio dissidet ille sue.

Te lapis et montes innataq; rupibus altis

Robora te seu progenuere fere

## Dido Aeneae.

Aut mare: quale vides agitari nunc quoque ventis.

Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.

Quo fugis obstat hyems: hyemis mihi gratia proficit.

Aspice ut euersas concitet enrus aquas.

Quod tibi malueram: sine me debere procellis:

Iustior est animo ventus et vnda tuo.

Non ego sum tanti: quod non mediteris inique

Ut pereas: dum me per freta longa fugis.

Exeres preciosa odio: constantia magno:

Si: dum me fugias: est tibi vile mori.

Jam venti ponent: strataque equaliter vnda

Ceruleis Triton per mare curret equis.

Tu quoque cum ventis vtinam mutabilis esses:

Et: nisi duritia robora vincis: eris.

Quid? si nescires insana quid equora possent:

Experte totiens tam male credis aque.

Ut pelago suadente etiam retinacula soluas:

Multa tamen latus tristitia pontus habet.

Nec violasse fidem tentantibus equora prodest:

Perfidie penas erigit ille locus.

Precipue cum lesus amor: quia mater amorum

Cluda Citheriaceis edita fertur aquis.

**Ep̄la. ij. libri. ij.**

Perdita ne perdam timeo : noceamus nocenti :

Nec bibat equivoceas naufragus hostis aquas

Vine precor : sic te melius q̄s funere perdam :

Tu potius leti causa ferere mei.

Singe age te rapido (nullum sit in omine pondus)

Turbine deprendi quid tibi mentis erit ?

Protinus occurrent false periuria lingue :

Et Phrygia Dido fraude coacta mori

Coniugis ante oculos decepte stabit imago

Tristis : et effusis sanguinolenta comis

Quicquid id est : totum merui : concedite : dices :

Queq; cadent in te fulmina missa putes.

Da breue seuitie spacium : pelagicq; tueq;

Grande more precium : tuta futura via est.

Nec mihi tu parcas : puero parcatur Iulo :

Te satis est titulum mortis habere mee.

Quid puer Ascanius ? quid dii meruere penates ?

Ignibus ereptos obruet vnda deos.

Sed neq; fers tecum : nec que mihi perfide tactas

Preferrunt humeros sacra : paterq; tuos

Omnia mentiris : neq; em̄ tua fallere lingua

Incepit a nobis : primaq; plector ego

## Dido Aeneae.

Si queris ubi sit formosi mater Iuli:

Occidit: a duro sola relicta viro.

Hec mihi narrabas. at me mouere merentem:

Illa minor culpa pena futura mea est.

Nec mihi mens dubia est: quin te tua numia dānent

Per mare per terras septima iactat hyems.

Insuetibus eiectum cuncta statione recepi:

Virq; bene audito nomine: regna dedi.

His tamen officijs vtinam contenta fuisssem:

Et mihi concubitus fama sepulta foret.

Illa dies nocuit: qua nos decliue sub antrum

Ceruleus subitis compulit humber aquis.

Audieram voces: nymphas vlalasse putavi:

Lumenides fatis signa debere meis.

Erige lese pudor: penas violare Sichei.

Ad quem: me miseram: plena pudoris eo.

Est mihi marmorea sacratus in ede Sicheus:

Opposite frondes velleraq; alba tegunt.

Hinc ego me sensi noto quater ore citari:

Ipsse sono tenui dixit: Elissa veni.

Nulla mora est: venio quondā tibi debita coniunx:

Sum tamen amisso tarda pudore meo.

**Ep̄la. ij. libri. ij.**

Da veniam culpe: decepti idoneus auctor:

Invidiam noxe detrahit ille mee.

Diva parens: seniorq; pater: pia sarcina nati

Spem mihi mansuri rite dedere viri:

Si fuit errandum: causas habet error: honestas:

Abde fidem: nulla parte pigendus erit.

Durat in extremum: viteq; novissima nostre

Prosequitur fati: qui fuit ante: tenor.

Occidit in terras conium: mactatus ad aras:

Et sceleris tanti premia frater habet.

Æul ago: cineresq; viri-patriamq; relinquo:

Et feror in duras: hoste sequente: vias.

Applico: ignotis: fratriq; elapsa-fretoq;:

Quod tibi donavi: perfide: licitus emo.

Urbem constitui: lateq; patentia fixi

Menia-finitimis invidiosa locis.

Bella tument: bellis peregrina et femina tentor:

Virq; rudes portas urbis et arma paro.

Mille prociis placui: qui me colere querentes

Nescio quem: thalamis preposuisse suis.

Quid dubitas victam Getulis me tradere Parbe:

Prebuerim sceleri brachia nostra tuis.

## Dido Aeneae.

Est etiam frater : cuius manus impia poscit

Respergi nostro sparsa cruore viri.

Pone deos : et que tangendo sacra prophanas.

Non bene celestes impia dextera colit.

Si tu cultor eras elapsis igne futurus :

Penitet elapsos ignibus esse deos.

Insititan et grandam Dido scelerate relinquis :

Parsq; tui latitat corpore clausa meo.

Accedet fatis matris miserabilis infans :

Et nondum nati funeris autor eris.

Cumq; parente sua frater mouetur Iuli :

Penaq; connexos auferet vna duos.

Si iubet ire deus : vellem vetuisset adire :

Punica nec Teucris pressa fuisset humus.

Hoc duce nempe deo ventis agitaris iniquis :

Et teris in rapido tempore longa freto.

Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore.

Hectore si viuo quanta fuere forent.

Non patrium Simoenta petis : sed Tibudis vndas

Nempe vt peruenias quo cupis : hospes eris.

Vsq; latet : refugitq; tuis obstrusa carinis :

Vixq; tibi continget terra petita seni.

## Epla. ij. libri. ij.

Hos potius populos in dotem : ambaꝝ remissa :

Accipe : et aduectas Pygmalionis opes-

Ilium in Tyriam transfer felicibus urbem :

Inq; loco regis sceptraq; sacra tene.

Si tibi mens auida est belli : si querit Iulus

Unde suo partus Marte triumphus eat :

Quem superet : ne quid desit : prebebimus hostem :

Hic pacis leges-hic locus arma capit.

Te modo per patrem : fraternaq; tela-sagittas :

Perq; fuge comites : Dardana sacra : deos-

Sic superent quoscunq; tua de gente reportas-

Mars ferus et damni sit modus ille tui-

Ascaniusq; suos feliciter impleat annos :

Et senis Anchise molliter ossa cubent.

Parce precor domui que se tibi tradit habendam :

Quod crimen dices : preter amare : meum-

Non ego sum Pehia : magnisq; oriunda Mycenis :

Nec steterant in te virq; paterq; meus.

Si pudet uxoris : non nupta : sed hospita dicant

Dum tua sit Dido : quodlibet esse feret.

Nota mihi freta sunt Afrum frangencia litus :

Temporibus certis dantq; negantq; viam.

## Dido Aeneae.

Cum dabit aura viam prebebis carbasa ventis :

Sed leuis eiectam continet alga ratem.

Tempus et obseruem manda mihi : serins ibis :

Nec te : si cupias : ipsa manere sinam.

Et socij requiem poscunt : laniataq; classis

Postulat exiguas : semirefecta : moras.

Pro meritis : et si qua tibi debebimus ultra :

Pro spe coniugij : tempora parua peto.

Dum freta mitescunt : et amor dum temperat usum.

Sorritur ediscam tristia posse pati.

Sin minus : est animus nobis effundere vitam :

In me crudelis non potes esse diu.

Aspicias vtinam que sit scribentis imago :

Scribimus : et gremio Troicus ensis adest.

Perq; genas lachryme strictum labuntur in enses.

Qui iam pro lachrymis sanguine tinctus erit.

Qui bene conveniunt fato tua munera nostro :

Instruis impensa nostra sepulchra breuis.

Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo :

Ille locus sui vulnus amoris habet.

Anna soror : soror Anna mee male conscia culpe :

Jam dabis in cineres vltima dona meos.

**Ep̄la. iij. libri. ij.**

Nec consumpta rogis inscribar Elyssa Sichel:

Hoc tantum in tumuli marmore carmen erit:

Prebuit Aeneas: et causam mortis: et enses:

Ipsa sua Dido concidit ipsa manu.

**Hermione Orestis.**

Epistola Octava.

**p** Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris

Inclusam contra iusq; piomq; tenes.

Quod potui renui ne non inuita tenerer:

Cetera femine non valere manus.

Quid facis Lacede? non sum sine vindice: dixi:

Hec tibi sub domino est Pyrrhe puella suo.

Surdior ille fredo: clamantem nomen Orestis

Traxit in omatis in sua tecta comis.

Quid grauius: capta Lacedemone: serua tulissem:

Si raperet graias barbara turba nurus.

Parsius Andromachen veraxit Achaia victris

Cum Danaus Phrygias vreret ignis opes.

At tu: cura mei si te pia tangit: Oreste

Injice non timidas: in tua iura: manus.

An si quis rapiat stabulis armenta reclusis

Arma feras: rapta coniuge lentus eris.

## Hermyone Dresti.

Sic focer exemplo nupte repetitor adempte :

Cui pia militie causa puella fuit.

Si focer ignavus vacua steterisset in aula :

Nupta foret Paribi mater : ut ante fuit.

Non tu mille rates : sinuosaq; vela parabis :

Nec numerum Danaï militis ipse veni.

Sic q; eram repetenda tamen : nec turpe marito est

Aspera pro caro bella tulisse thoro.

Quid ? q; avus nobis idem Pelopeius Atreus :

Et si non esses vir mihi : frater eras.

Vir precor vxori : frater succurre forori :

Instant officio nomina bina tuo.

Me tibi Tyndareus : vita gravis auctor et annis :

Tradidit : arbitrium neptis habebat avus.

At pater Lacede promiserat : inscius acti :

Plus quoq; qui prior est ordine : posset avus.

Quom tibi nubebam nulli mea tuda nocebat :

Si iungar Pyrrho tu mihi lesus eris.

Et pater ignoscet nostro Menelaus amori :

Succubuit telis prepetis ipse del.

Quem sibi permisit genero concedet amorem :

Proderit exemplo mater amata suo.

## Ep̄la. iij. libri. ij.

Tu mihi : quod matri pater : es. quas gesserat olim  
Dardanius partes : aduena Pyrrhus agit.  
Ille licet patr̄s sine fine superbiat actis.  
Et tu : que referas : facta parentis habes.  
Tantalides omnes : ipsumq; regebat Achillem :  
Hic pars militie : dux erat ille ducum.  
Tu quoq; habes proauū Pelopē Pelopisq; parentē.  
Si melius numeres. a Joue quintus eris.  
Nec virtute cares : arma inuidiosa tulisti :  
Sed tu quid faceres ? induit illa patrem.  
Materia vellem fortis meliore fuisses :  
Non lecta est operi : sed data causa : tuo.  
Hanc tamen implesti : iuguloq; Egystus aperto  
Tecta cruentavit : que pater ante tuis.  
Incepat Laides : laudemq; in crimina vertit :  
Et tamen aspectus sustinet ille meos.  
Rumpor : et ora mihi pariter cum mente tumescunt  
Pectoraq; inclusis ignibus vsta dolent.  
Hermione coram quisquam ne obiecit Orestii :  
Nec mihi sunt vires : nec ferus ensis adest.  
Flere licet. certe flendo diffundimus iram :  
Perq; sinus lachryme fluminis instar eunt.

## Hermyone Oresti.

Has semper solas habeo : semperq; profundo-

Summent in culte fonte perenne gene.

Hoc generis fatum quod nostros erat in annos

Tantalides matres apta rapina sumis :

Non ego fluminei referam mendacia cygni :

Nec querar in plumis delituisse Iouem

Qua duo porrectus longe freta detinet isthmos

Vecta peregrinis Hyppodamia rotis.

Castori Amycleo et Amycleo Polluct

Reddita Mopsopia Tyndaris vrbe soror.

Tyndaris xdeo trans equora ab hospite rapta

Argolicas pro se vertit in arma manus-

Dix equidē memini : memini tamen : omnia luctus :

Omnia solliciti plena timoris erant-

Flebat auus : flebatq; soror : fratresq; gemelli :

Orabat superos Leda : sumq; Iouem-

Ipsa ego : non longos etiam tunc scissa capillos :

Clamabam : sine me : me sine mater abis-

Nam coniunx aberat : ne non Pelopeia credar

Ecce Neoptolemo preda parata fui.

Pelides utinam vitasset Apollinis arcus :

Dammaret nati facta proterua pater.

**Ep̄la. iij. libri. ij.**

**Nec quondam placuit : nec nunc placuisset Achilli**

**Abducta viduum coniuge flere virum.**

**Que mea celestes iniuria fecit iniquos :**

**Quodue mihi misere sydus obesse querar.**

**Parua mea sine matre fui : pater arma gerebat :**

**Et duo cum viuant : orba duobus eram.**

**Non tibi blanditias primis : mea mater : in annis**

**Incerto dictas ore puella tuli-**

**Non ego captam breuibus tua colla lacertis :**

**Non sedi gremio : sarcina grata : tuo-**

**Non cultus tibi cura mei : nec pacta marito :**

**Intraui thalamos matre parante nouos.**

**Obuia prodieram reduci tibi : vera fatebor :**

**Nec facies nobis nota parentis erat.**

**Te tamen esse Helenem ( q̄ eras pulcherrima ) sensi-**

**Ipsa requirebas : que tua nata foret.**

**Pars hec vna mihi conantur bene cessit Orestes :**

**Is quoq̄ ( ni pro se pugnet ) ademptus erit.**

**Pyrrhus habet captam reduce et victore parente :**

**Et munus hoc nobis diruta Troia dedit.**

**Cum tamen altus equis Tytan radiantibus instat**

**Perfruat infelix liberiore malo-**

## Dejanira Herculi.

Uox ubi me thalamis ululantem et acerba gementē

Condidit : in mesto procubuiq; thoro

Pro somno lachrymis oculi funguntur abortis :

Quaq; licee fugio sicut ab hoste viro

Sepe malis stupeo : rerumq; oblita : lociq;

Ignara tetigi Seryia membra manu

Uiq; nefas sensi : male corpora tacta relinquo :

Et mihi pollutas credor habere manus.

Sepe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis

Erit : et errorem vocis ut omen amo.

Per genus infelix oro : generisq; parentem :

Qui freta qui terras et sua regna quatit

Per patris ossa tui : patrum mihi : que tibi debent :

Que se sub tumulo fortiter vltia iacent

Aut ego premoiar : primoq; extinguar in euo :

Aut ego Tantalide Tantalus vpor ero.

## Dejanira Herculi.

Epistola Nona.

¶ Ratulo Echaliā titulis accedere nostris

Victorem victe succubuisse quero.

Sama Pelasgiadas subito peruenit in vrbes

Decolor : et factis inficienda tuis.

**Ep̄la .iiij. libri .ij.**

Quem nunq̄s Juno : seriesq̄ immensa laborum

Gregerit : huic Jolem imposuisse iugum.

Hoc velit Euristheus : velit hoc germana tonantis :

Letaq̄ sit vite labe nouerca tue.

At non ille venis : cui nox ( si creditur ) vna

Non tanti vt tantus concipere fuit.

Plus tibi q̄s Juno nocuit Venus : illa premendo

Sustulit : hec humili sub pede colla tenet.

Respice vindicibus pacatum viribus orbem

Qua latam Nereus cerulus ambit humum.

Se tibi par terre : tibi se tota equora debent :

Implesti meritis solis vtranzq̄ domum.

Quod te laturum est celum prius ipse tulisti :

Hercule supposito sydera fulsit Atlas.

Quid ? nisi noticia est misero quesita pudori :

Si cumulas stupri facta priora nota.

Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues ?

Cum tener in cunis iam Jone dignus eras.

Cepisti melius q̄s desinis : vltima primis

Cedunt : dissimiles hic vir et ille puer.

Quem non mille fere : quem non Schenelius hostis :

Non potuit Juno vincere : vicit amor.

## Dejanira Herculi.

At bene nupta feror : quia nomino : Herculis vxor e

Sitq; socer rapidis qui tonat alius equis.

Quis male inequales veniunt ad aratra iuuenti :

Tam premitur magno coniuge nupta minor.

Non honor sed onus : species lesura ferentes :

Si qua voles apte nubere : nube pari.

Vir mihi semper abest : et coniuge notior hospes :

Nonstrag; terribiles persequiturq; seras.

Ipsa domo vidua votis operata pudicis

Torqueor : infesto ne vir ab hoste cadat.

Inter serpentes : apiosq; auidosq; leones

Iactor : et esuros cerno per ossa canes.

Ne pecudum fibre : simulachraq; inania somni :

Ominaq; arcana nocte petita mouent.

Aucupor infelix incerte murmura fame :

Speq; timor dubia : spesq; timore cabila.

Mater abest : queriturq; deo placuisse potenti :

Nec pater Amphitriton : nec pater Iulus adest.

Arbiter Eurystheus ire Junonis inique

Sentitur nobis : iraq; lenta dee est.

Hec mihi ferre parum est : peregrinos addis amores.

Et mater de te quelibet esse potest.

**Ep̄la. iij. libri. ij.**

Non ego Parthenis temeratam vallibus Augem :

Nec referam partus Hermio nympha tuos.

Nec tibi crimen erunt Theutrantia turba sorores

Quarum de populo nulla relicta tibi est.

Una recens : crimen : refertur adultera nobis :

Vnde ego sum Lydio facta nouerca Lamo.

Meander : totiens qui terris errat in iſſoem

Qui lapsas in se sepe retorquet aquas :

Vidit in Herculeo suspensa monilia collo

Ilo : cui celum sarcina parua fuit.

Non puduit fortes auro cohibere lacertos :

Et solidis gemmas apposuisse toris

Nempe sub his animam pestis Clemea lacertis

Edidit : vnde humerus tegmina leuis habet.

Ausus es hirsutos mitra redimire capillos :

Aptior Herculee populus alba come.

Nec te Meonia : lasciuę more puelle :

Incingi zona dedecuisse pudet.

Non tibi succurrit crudi Diomedis imago :

Efferus humana qui dape pavit equos.

Si te vidisset cultu Busiris in isto :

Hinc victor victo nempe pudendus eras.

## Dejanira Herculi.

Detrahat Antheus duro redimicula collo

Ne pigeat molli succubuisse viro.

Inter Jonicas calathum tenuisse puellas

Diceris: et domine pertinuisse minas.

Non pudet Alcide victricem mille laborum

Rasilibus calathis imposuisse manum.

Crassaq; robusto deducis pollice fila:

Tu quoq; fomose pensa rependis here.

Ah quotiens: digitis dum torques stamina duris:

Preualide fusos comminuere manus.

Diceris infelix scutice tremefactus habenis.

Ante pedes domine pertinuisse minas.

Erinijs pompis preconia summa triumphi.

Sactaq; narrabas: dissimulanda tibi.

Scilicet immanes elisos faucibus hydros

Infantem caudis involuisse manum.

Utq; Tegeus aper in cupressifero Erymanto

Incubat: et vasto pondere ledit humum.

Non tibi Trahitijs affixa penatibus ora:

Non hominum pingues cede tacentur eque.

Prodigiumq; triplex armenti dives Iberi

Geryonis: quis in tribus vnus erat.

Ep̄la. iiii. libri. ii.

Inq; canes totidem trunco digestus ab vno

Cerberus : implicitis angue minante comis.

Quoq; redundabat secundo vulnere serpens

Fertilis : et damnis dives ab ipsa suis.

Quodq; inter leuum latus. bertrumq; lacertum

Pergrauē compressa fauce pependit onus.

Et male confisum pedibus : formaq; binembri

Pulsū Theſſalicis agmen equestre ingis.

Hec tu Sydonio potes insignitus amictu

Dicere : non culeu lingua retenta silet.

Se quoq; nymp̄ha tuis ornauit Dardanis armis :

Et tulit e capto nota trophea viro.

Inunc tolle animos : et fortia facta recense :

Quod tu non esses iure vir : illa fuit.

Qua tanto minor es ( quanto te ) maxime rerum

Qui quos vicisti : vincere : maius erat.

Illi procedit rerum mensura tuarum :

Cede bonis : heres laudis amica tui est.

O pudor : hirsuti costis exute leonis :

Aspera tererunt vellera molle latus.

Salleris : et nescis : non sunt spolia ista leonis

Sed tua : tuq; fere victor es : illa tui.

## Deyanira Herculi.

Serena tela tulit Lerneis atra venenis :

Serre gravem lana viri satis apta colum.

Instruxitq; manum clava domitrice ferarum :

Vidit et in speculo coniugis arma sui.

Hec tantum audieram : licuit non credere fame :

En venit ad sensus mollis ab aure dolor

Ante meos oculos adducitur advena pellex :

Nec mihi que patior dissimulare licet.

Non finis averti : mediam captiva per urbem

Inuitis oculis aspicienda venit.

Non venit inculcis : captarum more : capillis :

Fortunam vultu fassa tegente suo.

Ingreditur late : lato spectabilis auro.

Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras.

Dat vultum populo sublime sub Hercule victo :

Oechaliam viuo stare parente putes.

Sorsitan expulsa Aetholide Deyanira.

Nomine deposito pellicis : vpor eris.

Erritidos Joles atq; insani Alcide

Turpia fumosus corpora iunget Hymen.

Mens fugit admonitur : frigusq; perambulat artus.

Et iacet in gremio languida facta manus.

## Ep̄la. iij. libri. ij.

Me quoq; cum multis : sed me sine crimine amasti :

Ne pigeat : pugne bis tibi causa fat.

Comua flens legit rapidis Achelous in undis :

Truncaq; limosa tempora mersit aqua.

Semiuir occubuit vi Lerniferoq; veneno

Nessus : et infectis sanguis equinus aquas.

Sed quid ego hec refero : scribenti nuncia venit

Jama virum tunice tabe perire mee.

Hei mihi quid feci : quo me furor egit amantem :

Impia quid dubitas Deyanira mori ?

An tuus in media coniunx lacerabitur Oetha :

Tu sceleris tanti causa : superstes eris ?

Et quid adhuc habeo fati : cur Hercules vror

Credar : conjugij mors mea pignus erit.

Tu quoq; cognosces in me Meleagre sororem.

Impia quid dubitas Deyanira mori.

heu deuota domus solio sedet atrio: aleo :

Oenea desertum nuda senecta premie

Erulat ignotis Thydeus germanus in oris :

Alter fatali viuis in igne fuit.

Exegit ferrum sua per precordia mater

Impia quid dubitas Deyanira mori.

## Ariadne Theseo.

Deprecor hoc vnum per iura sacerrima lecti

Ne videar thalamis insidiata tuis :

Theseus: vt est auidum percussus arundine pectus :

Hic dixit vires sanguis amoris habet

Illita Theseo misi tibi terta veneno

Impia quid dubitas Deyanira mori.

Iamq; vale seniorq; pater : germanaq; Gorge :

Et patria : et patrie frater adempte mee

Et tu lux oculis hodierna nouissima nostris :

Dirq; sed o possis : et puer Hyle vale.

## Ariadne Theseo.

Epistola Decima.

mi Tuus inueni q̄s te genus omne ferarum

Credita non vlli : q̄s tibi : pelus erans.

Que legis : ex illo Theseu tibi licetore mitto

Unde tuam : sine me : vela tulere ratem

In quo me somnusq; meus male prohibet : et tu

Per facinus somnis insidiata meis.

Tempus erat vitrea quo primum terra puina

Spargitur : et tecte fronde queruntur aues.

Incertum vigilans a summo languida moui

Thesea pressuras semisopita manus

**Ep̄la .i. libri .iij.**

Nullus erat : referoq; manus : iterumq; retento :

Perq; thorum moueo brachia : nullus erat.

Excussere metus somnum : conterrita surgo :

Membraq; sunt viduo precipitata thoro.

Protinus adductis sonnerunt pectora palmis :

Utq; erat a somno turbida : rapta coma est.

Luna fuit : spectro si quid nisi littora cernam :

Quod videant oculi nil nisi litus habent.

Tunc huc : nunc illuc : et vtroq; sine ordine curro :

Alta puellares tardat harena pedes.

Interea toto clamanti littore Theser

Reddebant nomen concava saxa tuum.

Et quotiens ego te : totiens locus ille vocabat :

Ille locus misere ferre volebat opem.

Mons fuit : apparent frutices in vertice rari :

Tunc scopulus raucis pendet adesus aquis.

Ascendo : vires animus dabat : atq; ita late

Equora prospectu metior : alta meo

Inde ego ( nam ventis quoq; sum crudelibus vsa )

Vidi precipiti carbasa tensa noto.

Aut vidi : aut certe cum me vidisse putarem

Frigidio : glacie semianimisq; fui.

## Ariadne Theseo.

Nec languere diu patitur dolor : excitor illo

Excitor : et summa Thesea voce voco.

Quo fugis exclamo : scelerate revertere Theseus :

Flecte ratem : numerum non habet illa suum.

Hoc ego : quod voci deerat plangore replebam :

Verbera cum verbis mixta fuere meis.

Si non audires : ut saltem cernere posses :

Jactate late signa debere manus.

Candidaq; imposui longe velamina virge

Salicet oblitos admonitura mei.

Jamq; oculis ereptus eras : tunc deniq; flens :

Torpebant molles ante dolore gene.

Quid potius facerent q̄ te : mea lumina : flerent

Postq̄q; desiderant vela videre tua.

Aut ego diffusis erravi sola capillis

Qualis ab Ogygio concita Baccha des :

Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi-

Quinq; lapis sedes tam lapis ipsa fui.

Sepe totum repeto qui nos acceperat ambos :

Sed non acceptos exhibiturus erat.

Et tua que possum pro te vestigia tango :

Strataq; : que membris intepuere tuis.

**Ep̄la. v. libri. ij.**

Incumbo: lachrymisq; toro manante profusis  
pressimus: exclamo te duo reddere duos  
Venimus huc ambo: cur non discedimus ambo?  
Perfide pars nostri lectule maior: ubi est?  
Quid faciam? quo sola ferar? vacat insula cultu:  
Non hominum video: non ego facta bouum  
Omne latus terre cingit mare: nauita nusquam est  
Nulla per ambiguas puppis itura vias.  
Singe dari comitesq; mihi: ventosq;: ratamq;  
Quid sequar? accessus terra paterna negat.  
Ut rate felici pacata per equora labar:  
Temperet ut ventos Eolus: exul ero  
Non ego te Crete centum digesta per vrbes  
Aspiciam: puero cognita terra Ioui.  
Nam pater: et tellus iusto regnata parente  
Probita sunt factis: nomina cara: meo  
Cum tibi: ne victus: tecto morerere recuruo  
Que regerent passus pro duce fila dedi.  
Cum mihi dicebas: per ego ipsa pericula iuro  
Te fore: dum nostrum vivet uterq;: meam.  
Vivimus: et non sum Theseu tuus: si modo vivit  
Semina periuri fraude sepulta visi.

## Ariadne Theseo.

Me quoq; qua fratrem : mactasses improbe clava-

Esset : quam deberas : morte soluta fides.

Nunc ego non tantum que sum passura recordor :

Sed quecumq; potest vlla relicta pati.

Occurrunt animo pereundi mille figure :

Morsq; minus pene : q; mora mortis : habet.

Jamiam venturos aut hac aut suspicor illac-

Qui laniant auido viscera dente-lupos-

Sorsitan et fuluos tellus alit ista leones :

Quis scit : an hec seuas insula tigres habet.

Et freta dicuntur magnas expellere phocas :

Quis vetat et gladios per latus ire meum.

Tantum ne religer dura captina cathena :

Neue traham serua grandia pensa manu-

Cui pater est Minos : cui mater filia Phebi :

Quodq; magis memini : que tibi pacta fui.

Si mare : si terras : porrectaq; littoia vidi :

Multa mihi terre : multa minantur aque-

Celum restabat timeo simulachra deorum :

Destitutor rapidis preda cibusq; feris.

Sive colunt habitantq; viri : diffidimus illis :

Externos didici lesa timere viros.

**Ep̄la. v. libri. ij.**

**Diueret Androgeus utinam : nec fata luisset**  
**Impia funeribus Cecropi terra tuis**  
**Nec tua mactasset nodoso stipite Theseus**  
**Ardua parte virum : dextera : parte bonem**  
**Nec tibi : que reditus monstrarent : filia dedissem t**  
**Sila per abductas sepe recepta manus.**  
**Non equidem miro : si stat victoria tecum :**  
**Strataq; Creteam belua stravit humum**  
**Non poterant figi precordia ferrea cornu :**  
**Ut te non tegeres pectore tutus eras**  
**Illic tu silices : illic adamanta tulisti :**  
**Illic qui silices Thesea vincat habes.**  
**Crudeles somni quid me tenuistis inertem ?**  
**Ut semel eterna nocte premenda fui.**  
**Vos quoq; crudeles venti nimiumq; parati :**  
**Flaminaq; in lachrymas officiosa meas.**  
**Dextera crudelis : que me : fratremq; necavit :**  
**Et data poscenti : nomen inane : fides.**  
**In me iurarunt somnus : ventusq; : fidesq; :**  
**Probita sum causis : vna puella : tribus.**  
**Ergo ego nec lachrymas matris moitura videbo :**  
**Nec mea qui digitus lumina condat erit.**

## Ariadne Theseo.

Spiritus infelix peregrinas ibit in auras :

Nec positos artus vnget amica manus.

Ossa superstabant volucres inhumata marine.

Hec sunt officijs digna sepulchra meis.

Ibis Cecropios portus : patriaq; receptus :

Cum steteris turbe celsus honore tue.

Et bene narraris letum tauriq; viriq; :

Secta; per dubias saxea tecta vias.

Me quoq; narrato solam tellure relictam :

Non ego sum titulis surripienda tuis.

Nec pater est Egeus : nec tu Pitheidos Ethre

Silius : auctores saxa-fretumq; tui.

Dij facerent vt me summa de puppe videres :

Nonisset vultus mesta figura tuos.

Tunc quoq; nō oculis : sed quā potes : aspice mente

Herentem scopulo : quem vaga pulset aqua.

Aspice demissos : lugentis more : capillos :

Et tunicas lachrymis : sicut ab imbre : graues

Corpus : vt impulse segetes aquilombus : horret.

Litteraq; articulo pressa tremente labat.

Non te per meritum : quoniam male cessit : aboro :

Debita sic facto gratia nulla meo.

**Epistola. i. libri. iij.**

Sed nec pena quidē: si non ego causa salutis.

Non tamen est cur tu sis mihi causa necis.

Has tibi plangendo lugubria pectora lassas

Infelix tendo trans freta longa manus:

Hos tibi qui superant ostendo mesta capillos:

Per lachrymas oro quas tua facta mouent:

Ilecte ratem Theseu: versoq; relabere vento:

Si prius occidero: tu tamen ossa feres.

**Canace Machareo.**

Epistola Undecima.

I qua tamen cecis errabunt scripta literis:

Oblitus a domine cede libellas eris.

Dextra tenet calamum: strictum tenet altera ferrum

Et iacet in gremio charta notata manu.

Hec est Solidos fratri scribentis imago:

Sic video: duro posse placere patri.

Ipsē necis cuperem nostre spectato: adesset:

Auctorisq; oculis erigeretur opus.

Ut ferus est: multoq; suis truculentior euris:

Spectaret siccis vulnera nostra genis.

Scilicet est aliquid cum senis vivere ventis:

Ingenio populi conuenit ille sui.

## Canace Machareo.

Ille notis zephiroq; et Sythonio aquiloni

Imperat: et pennis cure proterue tuis.

Imperat heu ventis: tumideq; non imperat ire:

Possidet en vitis regna minora suis.

Quid iuvat admotam: proavorum nomina: celo:

Inter cognatos posse referre Jouem.

Non minus infestum: funebria munera: ferrum

Seminea teneo: non mea tela: manu.

O utinam Machareu: que nos commisit in unum

Venisset leto serior: hora: meo.

Cur vnq; plus me frater: q; frater: amasti:

Et tibi: non debet quod soror: esse: fui.

Ipsa quoq; incalui: qualemq; audire solebam:

Nescio: quem sensi corde tepente deum.

Sugerat ore color: macies abduxerat artus:

Sumebant minimos ora coacta cibos.

Nec somni faciles: et nox erat annua nobis:

Et gemitum nullo lesa dolore dabam.

Nec cur hoc facerem poteram mihi reddere causam

Nec noxam quid amans esset: at illud erat.

Prima malum nutrix: animo presensit anili:

Prima mihi nutrix: Soli dixit: amas.

## Ep̄la .i. libri .iij.

Erubui : gremioq; pudor deiecit ocellos :  
Hec satis in tacita signa fatentis erant.  
Tanq; tumescabant vitiatu pondera ventris :  
Egraq; furtiuum membra grauabat onus.  
Quas mihi non herbas : que nō medicamina nutrit  
Attulit : audaci supposuitq; manu.  
Ut penitus nostris : hoc te celauimus vnum :  
Visceribus crescens excuteretur onus.  
Ah nimum viuax admotis restitit infans  
Artibus : et tectus tutus ab hoste fuit.  
Jam nouies erat orta soror pulcherrima Phebi :  
Denaq; luciferos luna vehebat equos.  
Nescia que faceret subitos mihi causa dolores :  
Et rudis ad pareus et noua miles eram :  
Nec tenui vocem quicquid ate tua crimina probis :  
Oraq; clamantis conscia pressit anus.  
Quid faciam infelix : gemitus dolor edere cogit  
Sed timor : et nutrit : et pudor ipse vetant  
Continuo gemitus elapsaq; verba rependo :  
Et cogor lachrymas cobibere ipsa meas.  
Mors erat ante oculos : et opem Lucina negabat :  
Et graue (si morerer) mors quoq; crimen erat

## Canace Machareo.

Quom super incumbens : scissa tunicaq; comaq;  
Pressa refouisti pectora nostra tuis

Et mihi viue soror : soror o charissima : dixti

Viue : nec vnus corpore perde duos.

Spes bona det vires : fratris nam nupta futura es

Illius : de quo mater et vxor eris.

Mortua ( crede mihi ) tamen ad tua verba reuixi :

Et positum est vteri crimen onusq; mei.

Quid tibi grataris ? media sedet Eolus aula :

Crimina sunt oculis surripienda patris.

Spondibus infantem : ramisq; albensis oliue :

Et lenibus vittis sedula velat anus.

Sictaq; sacra facit : dicitq; precantia verba :

Dat populus sacris : dat pater ipse : viam.

Jam propelimen erat : patrias vagitus ad aures

Venit : et indicio proditur ille suo.

Eripit infantem : mentitaq; sacra reuelat

Eolus : insana regia voce sonat.

Vt mare sit tremulum : tenui quo stringitur aura :

Vt quatitur tepido fraxina virga noto.

Sic mea vibrari pallentia membra videres :

Quassus ab imposto corpore lectus erat.

Ep̄la. iij. libri. ij.

Irruit : et nostrum vulgat clamore pudorem :  
Et vir a misero continet ore manus.  
Ipsa nihil preter lachrymas pudibunda profudi-  
To puerat gelido lingua retenta metu.  
Tanq; dari paruum cambusq; aibusq; nepotem  
Iusserat : in solis destitutiq; locis.  
Vagius dedit ille miser : sensisse putares :  
Quaq; suum poterat : voce rogabat auum.  
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse ?  
Nam potis es animo colligere ipse tuor  
Cum mea : me coram : filias inimicus in altis  
Discera : montanis ferret edenda lupis.  
Exierat thalamo tunc demum pectora plani :  
Contigit in que meas unguibus ire genas.  
Interea patrius : vultu merente : satelles  
Venit : et indignos edidit ore sonos :  
Solus hunc ensen mittit tibi ( tradidit ensen )  
Et iubet ex merito scire quid iste velit.  
Scimus : et utemur violento fortiter ense :  
Pectoribus condam dona paterna meis.  
His mea muneribus genitor connubia donas ?  
Hac tua dote pater filia dives erit.

## Cantate Machabeo.

Tolle procul decepte faces Hymenee maritas :

Et fuge turbato : tecta nefanda : pede-

Serte faces in me : quas fertis Herynnides atre :

Ut mens ex isto luceat igne rogas.

Plubite felices parca meliore sorores :

Admissi memores sed tamen este mei.

Quid puer admisit tam paucis editus horis :

Quo lesit facto vir bene natus avum ?

Si potuit meruisse necem : meruisse putetur.

Ah miser admissio plectitur ille meo.

Nate dolo : matris : rapidarum preda ferarum :

Hei mihi : natali dilacerate tuo.

Nate parum fausti miserabile pignus amoris :

Hec tibi prima dies : hec tibi summa fuit.

Non mihi te licuit lachrymis perfundere iustis :

In tua non tonsas ferre sepulchra comas.

Non super incubui : non oscula frigida carpsi :

Diripiunt auide viscera nostra fere.

Ipsa quoq; infantis cu vulnere persequar umbras :

Nec mater fuero dicta : nec orba diu.

Tu tantum : o frustra misere sperate sorori :

Sparsa precor nati collige membra tui.

**Ep̄la. ij. libri. iij.**

Et refer ad matrem : socioq; impone sepulchro :

Ornaq; nos habeat quelibet arcta duos.

Vive memor nostri : lachrymasq; in funere funde :

Neve reformida corpus amantis amans.

Tu ( rogo ) proiecte nimium mandata sororis

Perfer : mandatis perfruar ipsa patris.

**Medea Jasoni.**

Ep̄stola Duodecima.

v Tibi Colchorum : meministi : regina vacavi

Ars mea cum peteres ut tibi ferret opem.

Tunc : que dispensant mortalia fata : sorores

Debuerant suos euoluisse suos :

Tunc potui Medea mori bene. quicquid ab illo

Produci vite : tempore : pena fuit.

Hei mihi cur nunq; iuuenilibus acta lacertis

Phyream petijte Pelyas arbor ouem.

Cur vnq; Colchi Magnetida vidimus Argon :

Turbaq; Phasiacam grata bibistis aquam.

Cur mihi plus equo flammæ placere capilli :

Et decor : et lingue gratia ficta tue.

At semel in nostras : quoniam noua puppis arenas

Venerat : audaces attuleratq; viros.

## Medea Jasoni.

Iffet anhelatos non premeditatus in ignes

Inmemor Esoides : oraq; adunca boum

Semina iecisset : totidem sumpisset et hostes

Ut caderet culcus cultor ab ipse suo.

Quantum perfidie tecum scelerate perisset :

Dempta forent capiti q; mala multa meo :

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas :

Hac fruatur : hec de te gaudia sola feram.

Iussus inerpertam Colchos aduertere puppin

Intraffi patrie regna beata mee.

Hoc illic Medea fuit : noua nupta quod hic est :

Qui pater est illi : tam mihi diues erat.

Hic Ephyren bimarem : Scythia tenuis ille niuosa

Omne tenet ponti qua plaga leua iacet.

Excipit hospitio iuuenes Oeta pelasgos :

Et premitis pictos : corpora graia : thoros.

Tunc ego te vidi : tunc cepi scire quis esses.

Illa fuit mentis prima ruina mee.

Et vidi : et perij : nec notis ignibus arsi :

Ardet ut ad magnos pinea teda deos.

Et formosus eras : et me mea fata trahabant :

Abstulerant oculi lamina clara tui.

## Epla. ij. libri. iij.

Perfide sensisti ( quis enim bene celat amorem )

Eminet inditio prodita flamma suo.

Dixerat interea tibi rex : ut dura ferorum

Insolito premeres vomere colla boum.

Martis erant tauri : plus quàm per cornua seui :

Quorum terribilis spiritus ignis erat.

Eripedes : solidi : pretentaque naribus era

Nigra per afflatus hec quoque facta suos.

Semina preterea populos genitura iuberis

Spargere : deuota lata per arua mani.

Qui peterent natis secum tua corpora telis :

Illa erat agricolæ messis iniqua suo.

Lumina custodis succumbere nescia somno :

Ultimus est aliqua decipere arte labor.

Dixerat Oetes. messi consurgitis omnes :

Mensaque purpureos deserit alta thoros.

Quis tibi nunc longe regnum dotale Creuse :

Et focer : et magni nupta Creontis erat.

Tristis abis : oculis abentem persequor vdis :

Et dixit tenui murmure lingua : vale.

Ut positum tetigi thalamo : male sancia : lectum :

Acta est per lachrymas nos mihi quanta fuit.

## Medea Jasoni.

Ante oculos tauriq; meos : segetesq; nefande :

Ante meos oculos peruigil anguis erat.

Hinc amor : hinc timor est : ipm timor auget amorē.

Mane erat : et thalamo cara recepta foror.

Dissectamq; comas : auersaq; in ora iacentem

Inuenit : et lachrymis omnia plena meis.

Oiat opem Minijs : petit altera . et altera habebit.

Esonio inueni : quod rogat illa damus.

Est nemus : et piceis . et frondibus ilicis atrum :

Vir illud radijs solis adire liceat.

Sunt in eo . et fuerant . certe delubra Diane :

Aurea barbarica stat dea facta manu.

Nescio an exciderint mecum loca : venimus illuc.

Osus es infido sic prior ore loqui.

Ius tibi et arbitrium nostre fortuna salutis

Tradidit : inq; tua est vitaeq; morisq; manu.

Perdere posse sat est : si quem inuat ipsa potestas :

Sed tibi seruatus gloria maior ero.

Per mala nostra precor : quoum potes esse leuamen

Per genus et numen cuncta videntis ani.

Per triplices vultus : arcanaq; sacra : Diane :

Et si forte aliquos gens habet ista deos.

**Ep̄la. ij. libri. iij.**

O virgo miserere mei : miserere meorum :  
Effice me meritis tempus in omne tuum.  
Oz si forte virum non dedignare pelasgum  
( Sed mihi tam faciles vnde meosq; deos )  
Spiritus ante meus tenues vanescat in auras  
Qui thalamo : nisi tu : nupta sit vlla meo.  
Conscia sit Juno sacris prefecta maritis :  
Et dea : marmorea cuius in ede sumus  
Hec animum : et quota pars : possunt mouisse puelle  
Simplicis : et dextre dextera iuncta mee.  
Vidi etiam lachrymas : an et est pars fraudis in illis  
Sic cito sum verbis capta puella tuis.  
Iungis et eripedes inadusto corpore tauros :  
Et solidam iusso vomere findis humum  
Arua venenatis pro semine dentibus imples :  
Nascitur et gladios scutaq; miles habens.  
Ipsa ego que dederam medicamina pallida sedi  
Cum vidi subitos arma tenere viros.  
Donec terrigene ( facinus miserabile ) fratres  
In se constrictas conseruere manus.  
Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens  
Sibilat : et torto pectore vertit humum.

## Medea Jasoni.

Dotis opes ubi erant? ubi erat tua regia consump?e

Quiq; maris gemini distinet isthmos aquas.

Illa ego: que tibi sum nunc deniq; barbara facta:

Nunc tibi sum pauper: nunc tibi visa nocens

Flammea subduri medicato lumina somno:

Et mihi que raperes vellera tuta dedi.

Proditus est genitor: regnum: patriamq; reliqui:

Minus in exilio quod licet esse tuli.

Virginitas facta est peregrini preda latronis:

Optima cum cara matre relicta sorori.

At te non fugiens sine me germane reliqui:

Deficit hoc vno littera nostra loco.

Quod facere est ausa: non audeo scribere dextra:

Sic ego: sed tecum dilaceranda fui.

Nec tamen extimui (quid em̄ post illa timerem)

Credere me pelago femina iamq; nocens.

Numen ubi est? ubi dij? meritas subeamus in alto

Tu fraudis penas: credulitatis ego.

Compressos veinam Symplegades elisissent:

Uostraq; adhererent ossibus ossa tuis.

Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos:

Debit ingratis Scylla nocere viris.

h

## Ep̄la. ij. libri. iij.

Quaeq; vomit toridem fluctus: toridemq; resorbit:

Nos quoq; Trinacrie supposuisset aque.

Sospes ad Emonias: victorq; reuertes vrbes:

Ponitur ad patrios aurea lana deos.

Quid referam Pelye natas pietate nocentes:

Cesaq; virginea membra paterna manu.

Vt culpent alij: tibi me laudare necesse est:

Pro quo sum totiens esse coacta nocens.

Ausus es (o iusto desunt sua verba dolori)

Ausus es Esonia dicere cede domo.

Iussa domo cessi: natis comitata duobus:

Et qui me sequitur semper amore tui.

Vt subito nostras vt Hymen cantatus ad aures

Venit: et accenso lampades igne micant.

Tibiaq; effudit socialia carmina nobis:

At mihi funesta flebiliora tuba.

Pertimui: nec adhuc tantum scelus esse putabam:

Sed tamen in toto pectore frigus erat.

Turba ruunt: Hymen clamant-hymenee frequentat

Quo propior vox est: hoc mihi peius erat.

Diversi flebant serui: lachrymasq; tegebant.

Quis vellet tanti nuncius esse mali.

## Medea Jasoni.

Me quoq; quicquid erat potius nescire iuuabat:

Sed tanq; scirem mens mea tristis erat.

Cum minor e pueris iussu studioq; videndi

Constiteit ad gemine limina prima foris.

Hinc mihi mater abi: pompam pater inquit Jason

Ducit: et adiunctos aureus vrget equos.

Protinus abscissa planxi mea pectora veste:

Tuta nec a digitis ora fuere meis.

Tre animus medie suadebat in agmina turbe:

Sertaq; compositis demere rapta comis-

Vix me continui: quoniam sic laniata capillos

Clamarem mens est: iniiceremq; manus.

Lesepater gaude. Colchi gaudete relicti:

Inferias vmbre fratris habete mei-

Desero: amissis regno patriaq; domoq;

Cominge qui nobis omnia solus erat.

Serpentes igitur potui taurosq; fidentes:

Unum non potui perdomuisse virum.

Queq; feros repuli doctis medicatibus ignes:

Non valeo flammam effugere ipsa meas.

Ipsi me cantus artes herbeq; relinquunt:

Nil dea: nil Hecates sacra potentis agunt.

**Ep̄la. ij. libri. iij.**

**N**on mihi grata dies : noctes vigilantur amare :

**N**ec tenero miseram pectore somnus habet.

**Q**ue me non possum : potui sopire draconem :

**V**illior cuius : q̄s mihi : mea cura est.

**Q**uos ego seruavi pellex amplectitur artus :

**E**t nostri fructus illa laboris habet.

**S**osifitan et stulte dum te iactare marite

**Q**ueris : et iniustis auribus apta loqui-

**I**n faciem : moresq; meos : noua crimina fingis :

**R**ideat : et vitij's leta sit illa meis.

**R**ideat : et Tyrio iaceat sublimis in ostro :

**F**lebit : et ardores vincet adusta meos.

**D**um ferrum : flammæq; aderunt : succusq; veneni :

**H**ostis Medee nullus inultus erit.

**Q**uod si forte preces precordia ferrea tangunt :

**T**unc animis audi verba minora meis.

**N**am tibi sum supplex : quod tu mihi sepe fuisti :

**N**ec moror : ante tuos procubuisse pedes.

**S**i tibi sum vilis : communes respice natos :

**S**eniet in partus dira nouerca meos.

**E**t nimium similes tibi sunt : et imagine tangor :

**E**t quotiens video : lumina nostra madent.

## Medea Jasoni.

Per superos oro : per auite numina flamme :

per meritū : et natos pignora nostra viuos :

Redde totum : pro quo tot res insana reliqui :

Abde fidem dictis : auxiliumq; refer.

Non ego te imploro contra taurosq; virosq; :

Utq; tua serpens victa quiescat ope

Te peto : quem merui quem nobis ipse dedisti :

Cum quo sum pariter facta parente parens.

Dos ubi sit queris : campo numeravimus illo

Qui tibi laturo vellus arandus erat.

Aureus ille aries villo spectabilis aureo

Dos mea : quam dicam si tibi redde neges.

Dos mea tu sospes : dos est mea Grata iuventus

Inunc Sisyphias improbe confer opes.

Q; viuis : q; habes nuptam : socerumq; potentem :

Hoc ipsum ingratus quod potest esse : meū est

Quos equidem acutum sed quid predicere penam

Accinet : ingentes parturit ira minas.

Quo ferat ira sequar : facti fortasse pigebit.

Et piget infido consuluisse viro.

Viderit ista deus qui nunc mea pectora versat :

Nescio quid certe mens mea maius agie.

b iij

## Laodomia Prothesilao

m Itit et optat amans quo mittere ire salu tem

Emonis Emonio Laodomia viro.

Nullide te fama est vento retinente morari:

Ah me cum fugeres hic ubi ventus erat.

Tunc freta debuerant vestris obistere remis.

Illud erat seuis vtile tempus aquis.

Oscula plura viro mandataq; plura dediffema

Et sunt que volui dicere plura tibi.

Aptus es hinc piceps: et qui tua vela vocaret.

Quem cuperent naute: non ego: ventus erat

Ventus erat nautis aptus non aptus amanti:

Soluo: ab amplexu Prothesilae tuo.

Linguaq; mandatis verba imperfecta reliquit:

Vix illud potuit dicere triste vale.

Incubuit boreas: arreptaq; tela tetendit:

Jamq; meus longe Prothesilaus erat.

Dum potui spectare virum spectare iuuabat:

Sumq; tuos oculos vsq; secuta meis.

De te non poteram poteram tua vela videre:

Vela diu vultus detinere meos.

At postq; nec te nec vela fugantia vidi:

Et quod spectarem nil nisi pontus erat.

## Epla. iij. libri. iij.

Lux quoq; tecum abiit: tenebris exanguis abortis.

Succiduo dico: procubuisse genit.

Vix socer Zypchilus: vix me grandaeus Acastus.

Vix mater gelida mesta refecit aqua.

Officium fecere pium: sed inutile nobis:

Indignos misere non licuisse mori.

Utq; animus redijt: pariter rediere dolores:

Pectora legitimus casta momordit amor.

Nec mihi pectendos cura est prebere capillos:

Nec libet aurata corpora veste tegi.

Ut quas pampinea tetigisse bicorniger hasta

Creditur: huc illuc quo furor egit eo.

Conveniunt matres Phylacides: et mihi clamant

Indue regales Laodomia sinus.

Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes:

Bella sub Iliacis membris ille geret.

Ipsa comas pectam: galea caput ille premetur.

Ipsa novas vestes: dura vir arma feret.

Quo possam squalore tuos imitata labores

Dicar: et hec belli tempora tristis agam.

Dixi Pari Priamide damno formose tuorum

Jam sis hostis iners: q̄ malus hospes eras.

Ep̄la. iij. libri. iij.

Aut te Tenarie faciem culpasse marite:

Aut illi vellem displicuisse tuam.

Tu qui pro rapta nimium Menelae laboras:

Hei mihi q̄s multis flebilis vxor eris.

Dij precor a nobis omen remouete sinistrum:

Et sua det reduci vir meus arma Ioui.

Sed timeo quotiens subijt miserabile bellum:

Mors niuis lachryme sole madentis eunt.

Ilion: et Tenedos: Simoisq; et Xantus: et Xda:

Nomina sunt ipso pene timenda sono.

Nec rapere ausurus: nisi se defendere posset:

Hospes erat. vires nouerat ille suas.

Venerat (vt fama est) multo spectabilis auro:

Quiq; suo Phrygias corpore ferret opes.

Classe virisq; potens: per que fera bella geruntur:

Et sequitur regni pars quota queneq; sui.

His ego te victam consois Ledeae gemellis

Suspicio: hec Danais posse nocere puto.

Hectora. nescio quem timeo: Paris Hectora dixit

Serrea sanguinea bella mouere manu.

Hectora. quisquis is est. si sum tibi cara: caueto:

Signatum memori pectore nomen habe.

## Laodomia Prothesilao

Hunc vbi vitaris : alios vitare memento :

Et multos illic Hectoras esse puta.

Et facito : vt dicas quotiens pugnare parabis

Parcere me iussit Laodomia sibi.

Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam :

Te quoq; non vllum vulnus habente cadat.

Pugnet : et aduersos tendat Menelaus in hostes

Vt rapiat Paridi : quam Paris ante sibi.

Irruat : et causa quem vincit : vincat et armis :

Hostibus e medijs nupta petenda viro est.

Causa tua est dispar : tu tantum vivere pugna :

Inq; pios domine posse redire sinus.

Parcite Dardanide de teo precor hostibus vni :

Ne meus ex illo corpore sanguis eat.

Non est quem deceat nudo concurrere ferro :

Senaq; in oppositos pectora ferre viros.

Fortius ille potest multo qui pugnat amore :

Bella gerent alij : Prothesilaus amet.

Nunc fateor : volui renocare : animusq; ferebat :

Substitit auspicij lingua timore mali.

Cum soubus velles ad Troiam exire paternis

Pes tuus offenso limite signa dedit.

**Ep̄la. iij. libri. iij.**

Ut vidi ingemui : tacitoq; in pectore dixi

Signa reuersuri sint precor ista viri.

Hec tibi nunc refero ne sis animosus in armis :

Sac meus in ventos hic timor omnis eat.

Sors quoq; nescio quem : fato designat iniquo

Qui primus Danaum Troada tanget humi

Infelix que prima virum lugebit ademptum :

Dij faciant ne tu strenuus esse velis.

Inter mille rates tua sit millesima puppis :

Inq; fatigatas vltima verset aquas.

Hoc quoq; p̄moneo : de nave nouissimus eri :

Non est quo properes terra paterna tibi.

Cum venies remoq; moue-veloq; carinam :

Inq; tuo celerem littoze siste gradum.

Sive latet phoebus seu terris altior extat :

Tu mihi luce dolor tu mihi nocte ventis.

Nocte tamen q̄ luce magis : nox grata puellis :

Quarum suppositus colla lacertus habet.

Aucupor in lecto mendaces celibe somnos :

Dum careo veris gaudia falsa iuuant.

Sed tua cur nobis pallens occurrit imago ?

Cur venit a verbis multa querela tuis ?

## Laodamia Prothesilao

Excitio: somno: simulachraque noctis adoro:

Nulla caret fumo Theffalis ara meo.

Tura damus: lachrymasque super que sparsa relucens

Ut solet a fuso surgere flamma mero.

Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis:

Languida leticia soluar ab ipsa mea.

Quando erit ut lecto mecum bene iunctus in vno

Militie referas splendida facta tue.

Que mihi dum referes (quis audire iuuabit)

Multa tamen rapies oscula: multa dabis.

Semper in his apte narrantis verba resistunt:

Promptior est dulci lingua referre mora.

Sed cum Troia subit: subeunt ventique fretumque:

Spes bona sollicito victa timore cadit.

Hoc quoque quod venti prohibent exire carinas

Ne mouet inuitis ire paratis aquis.

Quis velit in patriam vento prohibente reuerti?

A patria pelago vela vetante datis.

Ipse suam non prebet iter Neptunus ad urbem.

Quo ruitis? vestras quisque redite domos.

Quo ruitis Danai? ventos audite vetantes:

Non subiti casus: namini ista mora est.

## Ep̄la. iij. libri. iij.

Quid petitur tanto nisi turpis adultera bello ?

Dum licet Inachie vertite vela rates.

Sed quid ago reuocans : onem reuocantis abesto :

Blandaq; compositas aura secundet aquas

Troadas inuideo : que sic lachrymosa suorum

Funera conspiciet : nec procul hostis erit.

Ipsa suis manibus forti noua nupta marito

Imponet galeam : barbaraq; arma dabit.

Arma dabit: dumq; arma dabit simul oscula sumet

Hoc genus officij dulce duobus erit.

Producetq; virum : dabit et mandata reuerti :

Et dicet referas arma fac ista Ioui.

Ille ferens domine mandata recentia secum :

Pugnabit caute : respicietq; domum.

Ernet et reduci galeam : clipeumq; resoluet :

Excipietq; suo corpora lassa sinu.

Nos sumus incerte : nos anxius omnia cogis

Que possunt fieri : facta putare timor.

Dum tamen arma geris diuerso miles in orbe :

Que referat vultus est mihi cera tuos.

Illi blanditias : illi tibi debita verba

Dicimus : amplexus accipit illa meos.

## Hypermetra Lyno.

Crede mihi plus est q̄s quod videatur imago :

Abde sonum cere Prothesilaus erit.

Hanc specto : teneoq; sinu pro coniuge vero :

Et tanq; possit verba referre / quero.

Per reditus : corpusq; tuum : mea numina : iuro :

Perq; pares animi coniugijq; faces /

Perq; : quod vt videam canis albere capillis

Quod tecum possis ipse referre : caput.

Ne tibi venturam comitem quocunq; vocaris :

Sine quod heu timeo : sine superstes eris.

Ultima mandato claudatur epistola paruo :

Sit tibi cura mei : sit tibi cura tui.

## Liber quartus eplaru heroidu

Hypermetra Lyno. Ep̄la decia quarta

m Itit Hypermetra de tot modo fratrib' vni :

Cetera nuptarum crimine turba iacet.

Clausā domo teneo : grauibsq; coercita vinclis :

Est mihi supplicij causa fuisse piam.

Qz manus extimuit iugulo demittere ferrum

Sum rea : laudaret si scelus ausa forem.

Esse ream prestat : q̄s sic placuisse parenti :

Non piget immunes cedis habere manus.

Epla .i. libri .iiij.

Ne pater igne licet: quam non violauimus: vreat

Queq; aderant sacris tendat in ora faces.

Aut illo iugulet: quem non bene tradidit ensem:

Vt qua non cecidit vir nece nupta cadam.

Non tamen vt dicant morientia penitet ora

Efficiet: non est quam piget esse piam.

Peniteat sceleris Daunum senasq; sorores:

Hic solet euentus facta nefanda sequi.

Cor pauet admonitu temerata sanguine noctis:

Et subitus dextre prepedit ossa tremor.

Quam tu cede putes fungi potuisse mariti

Scribere ne facta non sibi cede timet.

Sed tamen experiar: modo facta crepuscula terris

Vltima pars lucis primaq; noctis erat.

Ducimur Inachides sub magni tecta pelasgi:

Et socer armatas accipit ipse nurus.

Vndiq; collucent precincte lampades auro

Dantur in inuitos impia cura focos.

Vulgus Hymē hymenea vocāt fugit ille vocante

Ipsa Iouis coniunx cessit ab vrbe sua.

Ecce mero dubij comitum clamore frequentes

Stroeno nouo madidas impediēte comas

## Hypermetra Lyno.

In thalamos leti : thalamos suas busta : feruntur

Strat aqz corporibus funere digna premunt.

Inqz cibo : vinoqz graues : somnoqz iacebant :

Securumqz quies alta per Argos erat.

Circum me gemitus morientum audire videbar :

Et tamen audieram : quodqz verebar erat.

Sanguis abit : mentemqz calor corpusqz reliquit :

Inqz nouo iacui frigida facta toro.

Vtqz leui zephiro graciles vibrantur ariste :

Frigida populeas vt quatit aura comas.

Aut sic : aut etiam tremui magis ipse iacebas

Quaeqz tibi dederam vina soporis erant.

Excussere metum violenta iussa parentis :

Erigor et capio tela tremente manu.

Non ego falsa loquor ter acutum sustulit ensem :

Ter male sublato decidit ense manus.

At rursus monitis iussuqz coacta parentis.

Admoui iugulo tela paterna tuo.

Sed timor et pietas crudelibus obsit ausis :

Castaqz mandatum dextra refugit opus.

Purpureos laniata sinus : laniata capillos :

Eriguo dixi talia verba sono.

## Ep̄la. i. libri. iij.

Senus Hypermestra pater est tibi : iussa parentis

Effice : germanis sit comes iste suis.

Semina sum : et virgo : natura mitis : et annis :

Non faciunt molles ad fera bella manus.

Quin age dumq; licet : fortes imitare sorores :

Credibile est cesos omnibus esse viros.

Si manus hec aliquam posset committere cedem :

Morte foret domine sanguinolenta sue.

Quid meruere necem patruelia regna tenendo :

Que tamen eternis danda forent generis.

Singe viros meruisse mori : quid fecimus ipse ?

Quo mihi commissio non licet esse piam ?

Quid mihi cum ferro ? quid bellica tela puelle ?

Aptior est digitis lana colusq; meis.

Hec ego. dūq; quero : lachryme sua verba sequunt :

Deq; meis oculis in tua membra cadunt.

Dum petis amplexus : sopitaq; brachia iactas :

Pene manus telo faucibus facta tua est.

Jamq; patrem : famulosq; patris : lucemq; timebā

Expulerant somnos hec mea verba tuos.

Surge age Velide de tot modo fratribus vnus :

Not tibi : ni properes : ista perennis erit.

## Hypermetra L yno.

Territus exurgis : fugie omnis inertia somni

Aspicias in timida forta tela manu.

Querenti causam : dum nox finit effuge dixi

Dum nox atra finit tu fugis : ipsa moroz.

Mane erat et Danaus generos ex cede iacentes

Dinumerat summe criminis vnus abes.

Sert male cognate iacturam mortis in vno :

Et queritur factum sanguinis esse parum.

Abstrahor a patrijs pedibus : raptamq; capillis

(Hec meruit pietas premia) carcer habet.

Scilicet ex illo Junonia permanet ira

Quo bos ex homine est : ex boue facta dea.

Oh satis est pene teneram mugisse puellam :

Nec modo formosam posse placere Ioui.

Astitit in ripa liquidi noua vacca parentis :

Comuq; in patrijs non sua vidit aquis.

Et conata loqui mugitus edidit ore :

Territaq; est forma territa voce sua.

Quid furis infelix ? quid de te miraris in vnda ?

Quid numeras factos ad noua mēbra pedes.

Ipsa Iouis magni pellex metuenda sorori

Sronde leuas nimiam cespitibusq; famem

## Ep̄la. i. libri. iij.

Sonte bibis : spectasq; tuam stupefacta figuram :

Et te ne feriant que geris arma times.

Queq; modo vt posses etiam Ioue digna videri :

Dives eras nuda : nuda recumbis humo.

Per mare : per terras : cognataq; flumina curris :

Dat mare : dant amnes : dat tibi terra viam.

Que tibi causa fuge? quid Io freta longa pererras?

Non poteris vultus effugere ipsa tuos?

Inachi quo properas? eadem sequerisq; fugisq;

Tu tibi dux comiti : tu comes ipsa duci.

Per septem Nilus portus emissus in equor

Erut insane pellicis ora bouis.

Ultima quid referam : quorum mihi cana senectus

Autoz : dant anni quod querat ecce mei.

Bella pater patruusq; gerunt : regnoq; domoq;

Pellimur : eictas vltimus orbis habet.

Ille feror solus solio sceproq; potitur

Cum sene nos inopi turba vagamur inops

De fratrum populo pars exiguissima restat :

Quiq; dati leto : queq; dedere : fleo.

Nam mihi quot fratres : totidem periere sorores

Accipiat lachrymas vtraq; turba meas.

## Paris helene.

En ego q̄ viuis pene crucianda referor :

Quid fiet fontis ? cum rea laudis agar.

Et consanguinee quondam centesima turba

Infelix : vno fratre manente : cadam.

At tu si qua pie Lynceus est tibi cura sororis :

Queq; tibi tribui munera dignus habes.

Vel ser opem : vel dede neci : defunctaq; vira

Corpora furtiuis insuper adde rogis.

Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa :

Sculptaq; sint titulo nostra sepulchra breui.

Etul Hypermestra : precium pietatis iniquum :

Quam mortem fratri depulit ipsa tulit.

Scribere plura libet : sed pondere lassa cathens

Est manus : et vires subtrahit ipse timor.

## Paris helene.

Epistola decima quinta.

h Anc tibi Priamides mitto Ledeæ salutem :

Que tribui sola te mihi dante potest.

Eloquar : an flamme non est opus indice note :

Et plus q̄; vellem iam meus extat amor.

Ille quidem lateat malim : dum tempora dentur

Leticie mixtos non habitura metus.

## Ep̄la .i. libri .iiij.

Sed male dissimulo. quis em̄ celauerit ignem ?

Lumine qui semper proditur ipse suo.

Si tamen expectas / vocem quoq; rebus vt addam

Vro: habes animi nuncia verba mei.

Parce precor: fasso: nec duro cetera vultu

Perlege: sed forme conueniente tue.

Tandudū gratum est q̄ epistola nostra recepta est

Spem facit hoc recipi me quoq; posse modo:

Que rata sit: nec te frustra promiserit: opto

Hoc mihi que suasset mater amoris iter.

Namq; ego diuino monitu (ne nescia pecces)

Aduehor: et cepto non leue numen adest.

Premia magna quidem. sed non indebita posco:

Pollicita est thalamo te Citherea meo.

Hac duce Sygeo dubias a litore feci

Longa Phereclea per freta puppe vias.

Illa dedit faciles auras / ventosq; secundos:

In mare (nil mirum) ius habet: orta mari.

Perstet: et vt pelagi sic pectoris adiunget estus:

Deferat in portus et mea vota suos.

Attulimus flammās. non hic inuenimus illas:

Hei mihi tam longe causa fuere vie.

## Paris Helene.

Nā neq; tristis hyems: neq; nos huc appulit error:

Tenaris est classi terra petita mee.

Nec me crede fretum merces portante carina

Singere: quas habeo dij tueantur opes.

Nec venio Graias veluti spectator ad vrbes:

Oppida sunt regni diuictora mei.

Te peto: quam pepigit lecto Venus aurea nostro:

Te prius optavi q̄z mihi nota fores.

Ante tuos animo vidi: q̄z lumine: vultus:

Prima fuit vultus nuntia fama tui.

Credis et hoc nobis: minor est tua gloria vero:

Samaq; de forma pene maligna tua est.

Plus hic inuenio q̄z quod promiserat illa:

Et tua materia gloria victa sua est.

Ergo arsit merito: qui nouerat omnia: Thesus:

Et visa est tanto digna rapina viro.

Morie tue gentis nitida dum nuda palestra

Ludis: et es nudis femina mixta viris.

Qz rapuit laudo: miroz q̄ reddidit vnq̄z:

Tam bona constanter preda tenenda fuit.

Ante recessisset caput hoc cervice cruenta:

Quā tu de thalamis abstraherere meis.

**Ep̄la. ij. libri. iij.**

Tene manus vnq̄z nostre dimictere vellere ?

Tene meo paterer vinus abire sinu ?

Si reddenda fores : aliquid tamen ante tulissem :

Nec venus ex toto nostra fuisset iners,

Vel tua virginitas esset libata : vel illud

Quod poterat salua virginitate rapi.

Da modo te Paridi : que sit constantia nosces :

Flamma rogi flammis finiet vna meas.

Preposui regnis ego te - que in arima quondam

Pollicita est nobis nupta - sororq̄z Iouis.

Dumq̄ tuo possem circundare brachia collo-

Contempta est virtus Pallade dante mihi.

Nec piget : haud vnq̄z stulte elegisse videbor :

Permanet in voto mens mea firma suo.

Spem modo ne nostram fieri patiare caducam

Deprecor : o tanto digna labore peti.

Non ego coniugium generose degener opto :

Nec mea (crede mihi) turpiter vxor eris.

Pleida : si queras : in nostra gente - Iouemq̄z

Inuenies : medios ut taceamus auos.

Sceptra parens Asiae : qua nulla beatior ora :

Sinibus immensis vix obunda tenet.

## Paris helene.

Innumeras vrbes atq; aurea tecta videbis:

Queq; suos dicas templa decere deos.

Ilion aspicias: firmataq; turribus altis

Menia-Phebee structa canore lyre.

Quid tibi de turba narrem numeroq; virorum?

Vix populum tellus sustinet illa suum.

Occurrent denso tibi Troades agmine matres:

Nec capient phrygias atria nostra nurus.

O quotiens dices q̄ pauper Achaia nostra est:

Vna domus quenis vrbis habebit opes.

Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram.

In qua tu nata es terra beata mihi est.

Parca sed est Sparte: tu cultu diuice digna:

Ad talem formam non facit iste locus.

Hanc faciem largis sine fine paratibus vti:

Delitijsq; decet luxuriare nouis.

Cum videas cultus nostra de gente virorum:

Quales Dardamas credis habere nurus?

Da modo te facilem nec dedignare maritum.

Rure Teramneo nata puella Phrygen.

Phryx erat et nostro genitus de sanguine: qui nunc

Cum dijs potando nectare miscet aquas.

## Ep̄la. ij. libri. iij.

Phyx erat Aurore coniunx tamen abstulit illum

Extremum noctis que dea finit iter.

Phyx erat Anchises volucrum cui mater amorum

Gaudet in ybeis concubuisse iugis.

Nec puto collatus forma Menelaus et armis

Judice te nobis anteferendus erit.

Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem

Lumina: qui trepidos a dape vertat equos.

Nec pater est Priamo soceri de cede cruentus:

Et qui Myrthoas crimine signet aquas.

Nec proavo stygia nostro captantur in vnda

Poma: nec in medijs queritur humor aquis.

Quid tamen hoc refert si te tenet ortus ab illis:

Cogitur huic domui Juppiter esse socer.

heu facinus: totis indignus noctibus ille

Te tenet: amplexu perfuiturq; tuo.

Ut mihi conspiceris posita vix deniq; mensa:

Multaq; que ledunt hoc quoq; tempus habet

Hospibus eueniant conuiuia talia nostris:

Experior posito qualia sepe mero.

Penitet hospitij: cum me spectante laertos

Imponit collo rusticus ille tuo.

## Paris Helene.

Rumpor: et inuideo (quid nunc tamē omnia narrē?)

Membra superiecta cum tua veste fouet

Oscula cum vero coram non dura daretis

Ante oculos posui pocula sumpta meos.

Lumina dimitto cum te tenet arctius ille:

Crescit et inuito lentus in ore cibus.

Sepe dedi gemitus: et te lasciuā notavi

In gemitu risum non tenuisse meo.

Sepe meam volui flammam compescere: at illa

Creuit: et ebrietas ignis in igne fuit.

Multaq; ne videam versa ceruice recumbo:

Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.

Quid faciam dubito: dolor est meus ista videre:

Sed dolor a facie maior: abesse tua est.

Qua licet et possum luctor celare furorem:

Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Nec tibi verba damus: sentis mea vulnera: sentis:

Atq; utinam soli sint ea nota tibi.

Ah quotiens lachrymis venientibus ora reflexi

Ne causam fletus quereret ille mei.

Ah quotiens aliquem narraui potus amorem:

Ad vultus referens singula verba tuos.

e

Indiciumq; mei ficto sub nomine feci:

Ille ego si nescis, verus amator eram:  
Quinetiam, ut possem verbis petulantius vri-

Non semel ebrietas est simulata mihi.

Probita sunt (memini) tunica tua pectora laxa:

Aeq; oculis aditum nuda dedere meis,

Pectora, vel niimbus puris, vel lacte: tuamq;

Completo matrem candidiora Ioue.

Dum stupeo visis (nam pocula forte tenebam)

Tortilis a digitis excidit ansa meis.

Oscula si nate dederas: ego protinus illa

Hermyones tenero letus ab ore tuli.

Et modo cantabam veteres resupinus amores:

Et modo per nutum signa tegenda dabam.

Et comitū primas Clymenēq; Echiāq; tuarum

Ausus sum blandis nuper adire sonis,

Que mihi non aliud q̄s formidare locute:

Orantis medias deseruere preces.

Dij facerent precium magni certaminis esses:

Teq; suo posset victor habere toro,

Ut tulit Hyppomenes Ceneida premia cursus:

Que proprio cursu vicerat ante procos,

Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit

## Paris Helene.

Dum petit amplexus Deyanira tuos.

Nostra per has leges audacia fortiter isset :

Tegz mei scires esse laboris opus.

Nunc mihi nil superest. nisi te formosa precari :

Amplectiqz tuos. si patiare pedes.

O decus : o presens geminorum gloria fratrum :

O Jove digna viro. ni Jove nata fores.

Aut ego Sygeos repetam te coniuge portus :

Aut h'c Tenarea contegar exul humo.

Non mea sunt summa leuiter districta sagitta

Pectora : descendit vulnus ad ossa meum.

Hoc mihi (nam recolo) fore ut a celeste sagitta

Sigar. erat verax vaticinata soror.

Parce datum fati Helene contemnere amorem :

Sic habeas faciles in tua vota deos.

Multa quidē subeunt : sed corā vt plura loquamur

Excipe me lecto : nocte silente : tuo.

An pudet. et metuis venerem temerare maritam :

Castaqz legitimi fallere iura viri.

Ab nimium simplex Helene : ne rustica dicam :

Hanc faciem culpa posse carere putas ?

Aut faciem mutes : aut sis non dura necesse est :

Lis est cum forma magna pudicitie.  
Iuppiter his gaudet : gaudet Venus aurea furtis :  
Hec tibi nempe patrem furta dedere Iouem.  
Dix fieri (si sint vires in semine amorum)  
Et Iouis et Lede filia casta potes.  
Casta tamen tunc sis cum te mea Troia tenebit :  
Et tua sim queso crimina solus ego.  
Nunc ea peccemus que corriget hora iugalis :  
Si modo promisit non mihi vana Venus.  
Sed tibi et hoc suadet rebus : non voce : maritus  
Neue sui furtis hospitis obstet : abest.  
Non habuit tempus quo Cresia regna videret  
Aptius. o mira calliditate virum  
Ipse abit : Xdei mando tibi : dixit iturus :  
Curam pro nobis hospitis vxor agas.  
Negligis absentis (testor) mandata tyranni :  
Cura tibi non est hospitis vlla tui.  
Huncce tu speras hominem sine pectore : dotes  
Possse satis forme Tyndari nosse tue.  
Salleris (ignorat) nec si bona magna putaret  
Que tenet. externo crederet illa viro.  
Ut te nec mea vox. nec te meus incitet ardor :  
Cogimur ipsius commoditate frui.

## Paris Helene.

Aut erimus stulti sic ut superemus et ipsi:

Si tam securum tempus abibit iners.

Pene suis manibus ad te deducit amantem:

Utere mandatis simplicitate viri.

Sola iaces viduo tam longa nocte cubili:

In viduo iaceo solus et ipse toro.

Te mihi meque tibi communia gaudia iungant:

Candidior medio nox erit illa die.

Tunc ego iurabo quous tibi numina: meque

Astringam verbis in sacra iura meis.

Tunc ego si non est fallax fiducia nostri:

Efficiam presens ut mea regna petas.

Si pudet: aut metuis: ne me videre secuta:

Ipsa reus sine te criminis huius ero.

Nam sequar Egide factum: fratrumque tuorum:

Exemplo tangi non propiore potes.

Te rapuit Theseus: geminas Leucippidas illi:

Quartus in exemplis annumerabo: ego.

Troica classis adest armis instructa virisque:

Jam facient celeres remus et aura vias.

Ibis Dardanas ingens regina per vrbes:

Teque nouam credet vulgus adesse deam.

Quaę feres gressus adolebunt cynthia flamme:  
Cesaę sanguineam victima planget humum  
Dona pater fratresq; et cum genitrice sorores  
Iliadesq; omnes totaę Troia dabit  
Hei mihi: vix a me pars dicitur vlla futuri:  
Plura feres q̄ que littera nostra refert.  
Nec tu rapta time ne nos fera bella sequantur  
Concitet et vires Grecia tota suas.  
Tot prius abductis que nam repetita per arma?  
Crede mihi vanos res habet ista metus.  
Nomine ceperunt Aquilonis Ericheida Thracen  
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.  
Phasida puppenoua verit Pegasus Jason  
Lesa nec est Colcha Tessala terra manu.  
Te quoq; qui rapuit rapuit Mynoida Theseus:  
Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat  
Terror in his ipso maior solet esse periclo:  
Queę timere libet pertinuisse pudet.  
Singe tamen si vis ingens consurgere bellum:  
Et mihi sunt vires et mea tela nocent.  
Nec minor est Asia q̄ vestre copia terre:  
Illa viris diues diues abundat equis.  
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit

## Paris Helene.

Om̃i Paris : aut armis anteferebuis eris.

Pene puer cesis abducta armenta recepi

Hoslibus : et causam nominis inde tuli.

Pene puer iuvenes vario certamine vici :

In quibus Ilioneus Deiphobusq; fuit.

Neve putes non me nisi cominus esse timendum :

Sigitur in iusso nostra sagitta loco.

Non potes hec illi prime dare facta iuente.

Instruere Attidem non potes arte mea.

Omnia si dederis nunq; dabis Hectora fratrem :

Unus is innumeri militis instar erit.

Quid valeam nescis et te mea robora fallunt :

Ignoras cui sis nupta futura viro.

Aut igitur nullo belli repetere tumultu :

Aut cedent Marti Dorica castra meo.

Nec tamen indigno pro tanta sumere bellum

Coniuge : certamen premia magna mouent.

Tu quoq; si de te totus contenderit orbis :

Nomen ab eterna posteritate feres.

Spe modo non timida dijs hinc egressa secundis

Erige cum plena munera pacta fide.

Sabini Poere Ep̃la: q̃ Helena

paridi responder.

xxi.

n Vnc oculos tua cū violarit epistola nostros  
Non rescribendi gloria visa leuis.  
Ausus es hospiciū tameratis aduena sacris  
Legittimam nupte sollicitare fidem.  
Scilicet iccirco ventosa per equora vectum  
Excepit portu Tenaris ora suo.  
Nec tibi diuersa quāuis e gente venires  
Oppositas habuit regia nostra fores.  
Esset ut officij merces iniuria tanti  
Qui sic intrabas hospes an hostis eras.  
Nec dubito quin hec cum sit tam iusta vocetur  
Rustica iudicio nostra querela tuo.  
Rustica sim sane dum non oblita pudoris :  
Dumq; tenor vite sit sine labe mee.  
Si non est ficto vultus mihi tristis in ore :  
Nec sedeo duris tova supercilij :  
Sama tamen clara est : et adhuc sine crimine lusi :  
Et laudem de me nullus adulter habet.  
Quo magis admiro que sit fiducia cepti :  
Spemq; tori dederit que tibi causa mei.  
An quia vim nobis Neptunius attulit heres :  
Rapta semel videor bis quoq; digna rapi.  
Crimen erat nostrum si delinita fuisset :

## Helena Paridi.

Cum sum rapta : meum quid nisi nolle fuit.

Nec tamen e factu fructum tulit ille petitem-

Excepto redij passa timore nihil.

Oscula luctando tantum modo pauca proteruis

Abstulit : vlcerius nil habet ille mei.

Que tua nequitia est non his contenta fuisset :

Dij melius : similis non fuit ille tui.

Reddidit intactam : minuitq; modestia crimen :

Et iuuenem facti penituisse patet.

Thesa penituit Paris vt succederet illi :

Ne quando nomen non sit in ore meum.

Nec tamen irascor. quis em succenset amanti ?

Si modo quem prefers non simulatur amor.

Hoc quoq; em dubito. non q; fiducia desit :

Aut mea sit facies non bene nota tibi.

Sed quia credulitas damno solet esse puellis :

Verbaq; dicuntur vestra carere fide.

At peccant alie. matronaq; rara pudica est :

Quis prohibet raris nomen inesse meum.

Tam mea q; visa tibi mater idonea : cuius

Exemplo flecti me quoq; posse putas.

Matris in admissio falsa sub imagine luse

Error inest-pluma tectus adulter erat.  
Nil ego si peccem possum nescisse : nec ullus  
Error qui facti crimen obumbret erit.  
Illa bene erravit : viciumq; autore redemit :  
Felix in culpa quo Ioue dicar ego ?  
Et genus : et proavos : et regia nomina factas :  
Clara domus satis hec nobilitate sua est.  
Iuppiter vt socii proavus taceatur : et omne  
Tantalide : Pelopis : Tyndarei q; genus.  
Dat m. hi Leda Jouem cigno decepta-parentem :  
Que falsam gremio credula fouit auem.  
Inunc et Phrygie clare primordia gentis :  
Cunq; suo Priamo Laomedonta refer.  
Quos ego suspicio. sed qui tibi gloria magna est  
Quintus : is a nostro sanguine primus erit.  
Sceptra tue quis rear esse potentia Troie :  
Non tamen hec illis esse minora puto.  
Si iam diuitijs locus hic : numeroq; virorum  
Vincitur-at certe barbara terra tua est.  
Munera tanta quidem promittit epistola diues.  
Vt possint ipsas illa mouere deas.  
Sed si iam vellem fines transire pudoris :  
Tu maior culpe causa futurus eras.

## Helena Paridi.

Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo :

Aut ego te potius q̄ tua dona sequar.

Atq; ea non sperno : sic acceptissima semper

Munera sunt : aut : que preciosa facit.

Plus multo est q̄ amas : q̄ sum tibi causa laboris :

Quam tam per longas spes tua venit a quas.

Illa quoq; apposita que nūc facis improbe mensa

Cuius experiar : dissimulare noto.

Tu modo me spectas oculis lascive proteruis :

Quos vir instantes lumina nostra ferunt.

Et modo suspiras : modo pocula proxi na nobis

Sumis : quaq; bibi tu quoq; parte bibis.

Ab quotiens digitis : quotiens ego tecta notavi

Signa supercilio pene loquente dari.

Et sepe extimui ne vir meus illa videret :

Non satis occultis erubuiq; notis.

Sepe vel eriguo vel longo murmure dixi

Nil pudet hunc : nec vox hec mea falsa fuit.

Orbe quoq; in mense legi sub nomine nostro

Quod deducta mero littera fecit amo.

Credere me tamen hoc oculo renuente negavi.

Hec mihi iam didici sic quoq; posse loqui.

His ego blanditijs : si peccatura fuiffem :

Flecterer : his poterant pectora noſtra capi.

Est quoq; (conſiteor) facies tibi rara : poteſtaq;

Velle ſub amplexus ire puella tuos.

Altera ſed potius felix ſine crimine fiat :

Quiſi cadat externo noſter amore pudor.

Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere :

Est virtus placidis abſtinuiſſe bonis.

Quiſi multos credis iuvenes optare quod optas.

Qui ſapiunt oculos an Paris vnus habes.

Non tu plus cernis : ſed plus temerarius audes :

Non tibi plus cordis : ſed minus oris ineſt.

Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina

Cum mea virginitas mille petita prociſ.

Si te vidiffem primus de mille fuiſſes :

Judicio veniam vir dabit ipſe meo.

Ac poſſeſſa venis preceptaq; gaudia ſerus :

Spes tua lenta fuit : quod petis alter habet.

Ut tamen optarem fieri tua Troica coniunx.

Inuitam ſic me non Menelaus habet.

Deſine molle precor verbis conuellere pectus :

Neue mihi quam te dicis amare noce.

Sed ſine quam tribuit ſortem fortuna tueri :

## Helena Paridi.

Nec spolum nostri turpe pudoris habe.

At Venus hoc pacta est: et in altis vallibus Xde

Tres tibi se nudas exhibuere dee.

Vnaq; cum regnum belli daret: altera laudem:

Tyndaridis coniunx tertia dixit eris.

Credere vix equidem celestia numina possum

Arbitrio formam supposuisse tuo.

Utq; sit hoc verum: certe pars altera ficta est

Judicij precium que data dicar ego.

Non est tanta mei fiducia corporis: ut me

Maxima teste dea dona fuisse putem.

Contenta est oculis hominum mea forma probatis:

Laudatrix Venus est insidiosa mihi.

Sed nihil insinuo: faueo quoq; laudibus istis:

Nam mea vox quare quod cupit esse neget.

Nec tu succense: nimium mihi creditur egre:

Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas:

Proxima me visam premia summa tibi.

Nec te Palladios: nec te Junonis honores

Auditis Helene preposuisse bonis.

Ergo ego sum virtus: ego sum tibi nobile regnum:

Serrea sim. si non hoc ego pectus amem.  
Serrea (crede mihi) non sum: sed amare recuso  
Illum quem fieri vir puto posse meum.  
Quid bibulum curuo proscindere lituus aratro.  
Spemq; sequi coner quam locus ipse negat.  
Sum rudis ad Veneris furtum: nullaq; fidelem  
(Dij mihi sunt testes) lusimus arte virum.  
Nunc quoq; q; tacito mando mea verba libello.  
Sungitur officio littera nostra nouo.  
Felices quibus vsus adest. ego nescia rerum  
Difficilem culpe suspicor esse viam.  
Ipse malo metus est: iam nunc confundor. et omnia  
In nostris oculos vultibus esse reor.  
Nec reor hoc falso: sensi mala murmura vulgi:  
Et quasdam voces retulit Eetra mihi.  
At tu dissimula. nisi tu desistere mauis:  
Sed cur desistas. dissimulare potes:  
Lude. sed occulte: maior. non maxima nobis  
Est data libertas. q; Menelaus abest.  
Ille quidem procul est. ita re cogente. profectus:  
Magna fuit subite. iustaq; causa. vie.  
At mihi sic visum est: ego cum dubitaret an iret  
Cum primum dixi. fac rediturus eas.

## Helena Paridi.

Omne letatus dedit oscula : resq; domusq;

Et tibi sit cure Troicus hospes ait.

Dix tenui risum : quem dum compescere luctor

Nil illi potui dicere preter erit.

Vela quidem ventis Creten dedit ille secundis

Sed tu non ideo cuncta licere puta.

Sic meus hic vir abest. vt me custodiat absens :

An nescis longas regibus esse manus.

Sama quoq; est oneri nam quo constantius ore

Laudamur vestro. iustius ille timet.

Que inuat vt nunc est: eadem mihi gloria damno est

Et melius fame verba dedisse fuit

Nec q; abest hic : me tecum mirare relictam :

Mouibus. et vite credidit ille mee.

De facie metuit : vite confidit. et illum

Securum probitas : forma timere facit.

Tempora ne pereant vltro data precipis : vtq;

Simplicis vtamur commoditate viri.

Et libet. et timeo : nec adhuc exacta voluntas

Est satis : in dubio pectora nostra labant.

Et vir abest nobis : et tu sine coniuge dormis :

Inq; vicem tua me. te mea forma capit.

Et longe noctes : et iam sermone coimus :

Et tu (me miseram) blandus : et vna domus

Et peream si non inuitent omnia culpam :

Nescio quo tardor : sed tamen ipse : metus.

Quod male persuades vtinam bene cogere posses :

Sic mea rusticitas excutienda foret.

Utilis interdum est ipsis iniuria passis :

Sic certe felix ipsa coacta forem.

Dum nouus est cepto potius pugnemus amori :

Flamma recens parua sparsa resedit aqua.

Certus in hospitibus non est amor : errat ut ipsi :

Cunq; nihil speres firmitus esse : fugit.

Hypsiphile testis : testis Mynoia virgo.

In non exhibitis vtraq; iuncta toris.

Tu quoq; dilectam multos infide per annos

Diceres Oenonem deseruisse tuam.

Nec tamen ipse negas : et nobis omnia de te

Querere : si nescis : maxima cura fuit.

Adde quod ut cupias constans in amore manere

Non potes : expedient iam tua vela Phryges

Dum loqueris mecum : dum nos sperata paratur :

Qua i ferat in patriam iam tibi ventus erit.

Cur sibus in medijs nouitatis plenarelinques

## Helena Paribi.

Gaudia : cum ventis noster abibit amor.

An sequar ut suades laudataq; Pergama visam :

Pronurus et magni Laomedontis ero

Non ita contemno volucris preconia fame :

Ut probis terras impleat illa meis.

Quid de me poterit Sparte ? quid Achaia tota ?

Quid gentes alie ? quid tua Troia loqui ?

Quid Priamus de me ? Priami quid sentiet vxor ?

Totq; tui fratres ? Dardanieq; nurus ?

Tu quoq; qui poteris fore me sperare fidelm ?

Et non exemplis anxius esse tuis ?

Quicumq; Iliacos intraverit advena portus

Is tibi solliciti causa timoris erit.

Ipse mihi quotiens iratus adultera dices :

Oblitus nostro crimen inesse tuum.

Delicti fies idem reprehensor et auctor :

Terra precor vultus obuiat ante meos.

At finar Iliacis opibus : cultuq; beato :

Donaq; promissis vberiora feram.

Purpura nempe mihi preciosaq; terra dabuntur :

Congestaq; auri pondere dives ero.

Da veniam fuisse non sunt tua munera tanti :

Nescio quo tellus me tenet ista modo.  
Quis mihi si lebar Phrygijs succurret in oris ?  
Unde petam fratres ? unde parentis opem ?  
Omnia Medee fallax promisit Jason :  
Pulsa est Esonia non minus illa domo.  
Non erat Oetes ad quem despecta veniret :  
Non Ipsa parens : Calciopeq; sorora.  
Tale nihil timeo : sed nec Medea timebat.  
Fallitur augurio spes bona sepe suo.  
Omnibus inuenies : que nunc iactantur in alto :  
Naubus a portu lene fuisse fretum.  
Sax quoq; me terret quam se peperisse cruentam  
Ante diem partus est tua visa parens.  
Et vatium timeo monitus : quos igne pelago  
Ilium arsurum premonuisse ferunt.  
Utq; fauet Cytherea tibi quia vicit habetq;  
Parta per arbitrium bina trophaea tuum :  
Sic illas timeo que : si tua gloria vera est :  
Iudice te causam non tenuere due.  
Nec dubito quin te si persequar arma parentur :  
Ibit per gladios hei mihi noster amor.  
An fera centauris indicere bella cogit  
Aethracis Lemnios Hippodamia viros

## Leander ad Hero.

Tu fore tam lentum iuxta Menelaon in ira

Et geminos fratres Tyndareumq; putas.

Quod bene te iactas et fortia facta recenses:

At verbis facies dissidet ista tuis.

Apta magis Veneri q̄ sunt tua corpora Marti:

Bella gerant fortes: tu Pari semper ama.

Hectoria quem laudas pro te pugnare iubeto:

Militia est operis altera digna tuis.

His ego si saperem pauloq; audacior essem.

Uterer, utetur si qua puella sapit.

Aut ego deposito faciam fortasse pudore:

Et dabo coniunctas tempore victa manus.

Quod petis ut furtim presentes ista loquamur:

Scimus quid captes colloquiumq; voces.

Sed nimium speras et adhuc tua messis in herba est

Hec mora sit voto forsitan amica tuo.

Hactenus arcanum furtive conscia mentis

Littera iam lassō pollice sistat opus.

Cetera per socias Clymenem, Etiramq; loquentur

Que mihi sunt comites, consiliumq; due.

**Liber. v. Leandri ad Hero. xvij**

m Ictit Abydenus: quā mallet ferre: salutē  
l iij

Si cadat vnda maris : Sesta puella tibi.  
Si mihi dii faciles et sunt in amore secundi :  
Inuitis oculis hec mea verba leges.  
Sed non sunt faciles. nam cur mea vota morantur  
Currere me nota non patiuntur aqua.  
Ipsa vides celum pice nigrius : et freta ventis  
Turbida : perq; causas vix adeunda rates.  
Unus : et hic audax : a quo tibi littera nostra  
Redditur - a portu nauita mouit iter.  
Ascensurus eram. nisi q; dum vincula prore  
Solueret - in speculis omnis Abydos erat.  
Non poteram celare meos - velut ante - parentes :  
Quemq; tegi volumus non latuisset amor.  
Protinus hec scribens : felix i littera dixi :  
Jam tibi formosam porriget illa manum.  
Sorsitan admotis etiam tangere labellis :  
Rumpere dum nunc vincula dente volet.  
Talibus exiguo dicitis mihi murmure verbis  
Cetera cum charta dextra locuta mea est.  
Ah quanto malle m q; scriberet illa nataret :  
Neq; per assuetas sedula ferret aquas.  
Aptior illa quidem placido dare verbera ponto :  
Est tamen et sensus apta ministra mei.

## Leander ad Hero.

Septima nox agitur: spacium mihi longius anno-

Sollicitum raucis quod mare feruet aquis.

His ego si vidi mulcentem pectora somnum

Noctibus infanti sic mora longa freti.

Rupe sedens aliqua spectro tua litorea tristis:

Et quo non possum corpore mente feror.

Lumina quinetiam summa vigilantia turre

Aut videt: aut acies nostra videre putat.

Ter mihi deposita est in sicca vestis harena:

Ter graue tentavi carpere nudus iter.

Obstitit inceptis tumidum iuuenilibus equor:

Mersit et aduersis ora natantis aquis.

Ac tu de rapidis immansuetissime ventis

Quid mecum certa prelia mente geris?

In me (si nescis) Borea non in equora seuis

Quid faceres? esset ni tibi notus amor.

Tam gelidus cū sis non te tamen improbe quondā

Ignibus Acteis incaluisse neges?

Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet:

Aereos aditus quo patereremodo?

Parce precor: facilemque moue moderantius auram

Imperet Hippocades sic tibi triste nihil.

Vana peto : precibusq; meis obmurmurat ipse :  
Quasq; quatit nulla parte coercet aquas.  
Nunc daret audaces vtinam mihi Debalus alas.  
Icarium q̄uis hic prope litus adest.  
Quicquid erit patiar-liceat modo corpus in auras  
Tollere-quod dubia sepe pependit aqua.  
Interea dum cuncta negant ventiq; fretumq; :  
Mente agito furti tempora prima mei.  
Nox erat incipiens (nā que est meminisse voluptas)  
Cum foribus patrijs egrediebar amans.  
Nec mora- deposito pariter cum veste timore-  
Jactabam liquido brachia lenta mari.  
Luna mihi tremulum lumen prebebat eunti :  
Ut comes in nostras officiosa vias.  
Hinc ego suspiciens : faueas o candida dixi :  
Et subeant animo Lathmia saxa tuo.  
Non finit Endymion pectoris te esse seueri :  
Sicte precor- vultus ad mea furta tuos.  
Tu dea mortalem celo delapsa petebas :  
( Vera loqui liceat ) quam sequor ipsa dea est.  
Nec referam mores celesti pectore dignos-  
Soma nisi in veras non cadit illa deas.  
A Veneris facie non est prior vlla : inaq;

## Leander ad Hero.

Neue meis credas vocibus ipsa vide.

Quantum cum radijs fulges argentea puris.

Concedunt flammis sidera cuncta tuis :

Tanto formosis formosior omnibus illa est :

Si dubitas - cecum Cynthia lumen habes.

Hec ego - vel certe non his diuersa locutus.

Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.

Vnda repercussæ radiabat imagine lune :

Et nitior in tacita nocte diurnus erat.

Nullaq; vox vnq; nostras veniebat ad aures.

Prieter dimote corpore murmur aque.

Aleyones sole memores Ceycis amati

Nescio quid vise sunt mihi dulce queri.

Jamq; fatigatis humero sub utroq; lacertis :

Fortiter in summas erigor altus aquas.

Ut procul asperi lumen (meus ignis in illo est)

Illa meum - dixi - littoia numen habent.

Et subito lassis vires rediere lacertis :

Visaq; q; fuerat - mollior vnda mihi.

Strigora ne possun gelidi sentire profundi.

Qui calet in cupido pectore - prestat amor.

Quo magis accedo - propioraq; littoia fiunt :

Quoq; minus restat plus libet ire mihi.  
Cum vero possum cerni quoq;: protinus addis  
Spectatrix animos: ut valeamq; facis.  
Tunc etiam nando domine placuisse laboro:  
Atq; oculis iacto brachia nostra tuis.  
Te tua vix prohibet nutrix descendere in altum:  
Hoc etenim vidi: nec mihi verba dabas.  
Nec tamen effecit: quis retinebat euntem.  
Ne fieret prima pes tuus vodus aqua.  
Excipis amplexus: feliciaq; oscula iungis:  
Oscula dijs magnis trans mare digna peti.  
Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus:  
Et madidam siccas equoris imbri comam.  
Cetera: nos: et nos: et turris conscia nouit:  
Quodq; mihi monstrat per vada lumen iter.  
Non magis illius numerari gaudia noctis.  
Hellepontiaci q; maris alga potest.  
Quo breuius spacium nobis ad furta dabatur.  
Hoc magis est cautum ne foret illud iners.  
Tanq; fugatura Tuhoni coniuge noctem  
Pruuius Aurora luifer ortus erat.  
Oscula quum gerimus pperata sine ordine raptim  
Et querimus paruas noctibus esse moras.

## Leander ad Hero.

Atq; ita conctatus : monitu nutricis amaro

Frigida deserta littoꝛa turre peto.

Digredimur flentes : repetoq; ego virginis equoꝛ :

Respiciens dominam dum licet vsq; meam.

Si qua fides vero est : veniens huc esse natatoꝛ :

Cum redeo videoꝛ naufragus esse mihi.

Hoc quoq; si credis : ad te via prona videtur :

A te cum redeo cliuus inertis aque.

Inuitus patriam repeto (quis credere possit ?)

Inuitus certe nunc moroꝛ vrbe mea.

Hei mihi : cur animis iuncti-secernimur vndis :

Vnaq; mens : tellus non habet vna duos.

Vel tua me Sestos, vel te mea sumet Abidos :

Tam tua terra mihi, qm̄ tibi nostra placet.

Cur ego confundoꝛ, quotiens confunditur equoꝛ :

Cur mihi causa lenis ventus obesse potest.

Jam nostros curui nouunt delphines amores :

Ignocum nec me piscibus esse reoꝛ.

Jam patet attritus solitarum limes aquarum :

Non aliter multa q̄z via pressa rota.

Quod mihi non esset, nisi sic iterare querebar :

At nunc per ventos hoc quoq; deesse queroꝛ.

Fluctibus immodicis Atamantidos equora canent  
Dirq; manet portu tuta carina suo.  
Hoc mare cum primum de virgine nomina mersa  
Que tenet est nactum : tale fuisse puto.  
Et satis admissa locus hic infamis ab Helle est.  
Utq; mihi parcat crimine nomen habet.  
Inuideo Phryro quem per freta tristia tutum  
Aurea lanigero vellere vejit ouis.  
Nec tamen officium pecoris navisq; requiro :  
Dummodo quas scindã corpore dentur aque  
Arte egeo nulla detur modo copia nandi.  
Idem nauigium nauita vector ero.  
Nec sequor aut Elycen : aut qua Tyrus utit arcton  
Publica non curat sidera noster amor.  
Andromaden alius spectet claramq; coronam :  
Queq; micat gelido Parrhasis vrsa polo.  
At mihi quod Perseus et cū Ioue Liber amarunt  
Iudicium dubie non placet esse vie.  
Est aliud lumen multo mihi certius istis :  
Non erit in tenebris quo duce noster amor.  
Hoc ego dum spectem Colchos atq; vltima ponti  
Quaq; viam fecit Tessala puppis eam.  
Et iuvenem possum superare Palemona nando.

## Leander ad Hero.

Miraqz quem subito reddidit herba deum.

Sepe per assiduos languent mea brachia motus :

Virqz per immensas fessa trahuntur aquas.

Hic ego cum dixi precium non vile laboris.

Jam domine vobis colla tenenda dabo.

Protinus illa valent atqz ad sua premia tendunt.

Ut celer Leo carcere missus equus.

Ipse meos igitur seruo quibus vror amores :

Teqz magis celo digna puella sequor.

Digna quidem celo sed adhuc tellure moraris.

Aut dic ad superos hinc mihi qua sit iter.

Hinc est q raro misero contingis amanti :

Cumqz mea sunt turbida mente freta.

Quid mihi q lato non separo equore prodest.

Non minus hec nobis tã brevis obstat aqua

Num malum dubito toto procul orbe remotus

Cum domina longe spem quoqz habere meã

Quo propius nunc es flamina propiore caleasco.

Et res non semper spes mihi semper adest.

Pene manu quod amo (tanta est vicinia) tango.

Sepe sed heu lacrymas hoc mihi pene mouet

Velle quid est aliud fugientia prendere poma.

Spemq; suo refugi flaminis ore sequi.  
Ergo ego te nunq; nisi cum volet vnda tenebo :  
Et me felicem nulla videbit hyems.  
Cunq; minus firmum nil sit q; ventus et vnda :  
In ventis et aqua spes mea semper erit.  
Estus adhuc tamen est : quid ? cū mihi lesit equor  
Pleias et artophilar-oleniumq; pecus.  
Aut ego non noui que sim temerarius : aut me  
In freta non cautus tum quoq; mittet amor.  
Neue putes id me quod abest promittere tempus :  
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.  
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus equor  
Ire per inuitas experiemur aquas.  
Aut mihi continget felix audacia saluo :  
Aut mors solliciti finis amoris erit.  
Optabo tamen vt partes expellar in illas :  
Et teneant portus naufraga membra tuos.  
Glebis cū : tactuq; meum dedignabere corpus :  
Et mortis dices huic ego causa fui.  
Scilicet interitus offenderis omine nostri :  
Litteraq; inuisa est hac mea parte tibi.  
Desine parte queri : sed et vt mare finiat iram  
Accedant queso fac tua vota meis.

## Hero Leandro.

Pace breui nobis opus est dum transferor istuc :

Cum tua contigero littora perftet hyems.

Istic est aptum nostre nauale carine :

Et melius nulla stat mea puppis aqua.

Illic me claudat boreas ubi dulce morari est :

Tunc piger ad nandum : tunc ego cautus ero

Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla :

Triste nataturo nec querar esse fretum.

Ne pariter venti teneant teneriq; lacerti :

Per causas istic impediaturq; duas.

Cum patietur hyems remis ego corporis vtar :

Lumen in aspectu tu modo semper habe.

Interea pro me pernoctet epistola tecum :

Om̄i precor vt minima persequar ipse mora.

## Hero Leandro. Epistola. xviii.

q̄ Vam mihi misisti verbis Leandre salutem

Vt possum missam rebus habere. veni.

Longa mora est nobis omnisq; gaudia differt :

Da veniam fesse non patienter amo.

Vrimur igne pari : sed sum tibi viribus impar :

Fortius ingenium suspicor esse viris.

Vt corpus teneris sic mens infirma puellis :

Deficiam parui temporis abbe moram.  
Vos: modo venando: modo rus geniale colendo:  
Ponitis in varia tempora longa mora:  
Aut fora vos retinent: aut vncte dona palestre:  
Flectitis aut freno colla fugacis equi.  
Nunc volucrē laqueo: nunc piscem ducitis hamo:  
Diluitur posito serio: hora mero.  
His mihi submotis: vel si minus acriter vtar-  
Quid faciam: superest preter amare nihil.  
Quod superest facio: teq; o mea sola voluptas  
Plus quoq; q̄s credi quod mihi possit amo:  
Aut ego cum cara de te nutrice susurro:  
Queq; tuum miro: causa moeretur iter-  
Aut mare prospiciens-odiosa concita vento  
Corripio verbis equora sepe meis-  
Aut: tibi seruicium paulum grauis vnda remisit:  
Posse quidem- sed te nolle venire quero.  
Dūq; quero: lachryme p̄ amantia lumina manant/  
Pollice quas tremulo conscia siccant anus.  
Sepe tui specto si sint in litore passus:  
Impositas tanq; seruat harena notas.  
Utq; rogem de te: et scribam tibi- si quis Abydo  
Venerit: aut quero si quis Abydon eat.

## Hero Leandro.

Quid referā ? quotiens do vestibus oscula quas tu

Zellespontiaca ponis iturus aqua.

Sic ubi lux acta est : et noctis amicioz hora.

Exhibuit pulsa sidera clara die.

Protinus in summa vigilantia lumina turre

Ponimus : assuete signa notaqz vie.

Tortaqz versato ducentes stamina fuso :

Seminea tardas fallimus arte moras.

Quid loquar interea tam longo tempore queris ?

Nil nisi Leandri nomen in ore meo est.

Jam ne putas exisse domo : mea gaudia : nutrit ?

An vigilant omnes ? et timet ille suos ?

Jam ne suis humeris illum deponere vestes ?

Tingere iam pingui pallade membra putas ?

Annuit illa fere : non nostra qz oscula curet :

Sed mouet obrepens somnus anile caput.

Postqz more nimium : iam certe navigat inquam :

Lentaqz dimotis brachia iactat aquis.

Paucaqz contacta perferi stamina terra :

An medio possis querimus esse fretis.

Et modo prospicim' : timida modo voce precamur.

Ut tibi det faciles utilis aura vias.

Auribus interdum voces captamus : et omnem

Aduentus strepitum credimus esse tui.

Sic ubi decepte pars est mihi maxima noctis

Acta : subit furtim lumina fessa sopor.

Sorsitan inuitus mecum tamen improbe dormis :

Et quis non vis ipse venire venis.

Nam modo te videoz prope iam spectare natantem

Brachia nec humeris humida ferre meis.

Nunc dare que soleo madidis velamina membris :

Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.

Multaq; preterea lingua reticenda modesta :

Que fecisse iuvat facta referre pudet.

Ne miseram : breuis est hec et non vera voluptas :

Nam tu cum somno semper abire soles.

Firmitus o cupidi tandem coeamus amantes :

Nec careant vera gaudia nostra fide.

Cur ego tot viduas cregi frigida noctes :

Cur totiens a me lente nator abes ?

Est mare confiteor nondum tractabile nanti :

Nocte sed hesternae lenior aura fuit.

Cur ea preterita est cur non ventura timebas :

Tam bona cur perijt nec tibi rapta via est.

Protinus vt similis detur tibi copia cursus

## Hero Leandro.

Hoc melior certe quo prior illa fuit.

At cetero mutata est iactati forma profundi :

Tempore cum properas sepe minore venis.

Hic puto deprehensus nil quod querereris haberes :

Neque tibi amplexo nulla noceret hyems.

Certe ego tunc ventos audirem leta sonantes :

Et nunquam placidas esse precarer aquas.

Quid tamen euenerit cur sis metuentior unde

Contemptumque prius nunc vereare fretum.

Nam meminini cum te seuum veniente minaxque

Non minus aut multo non minus equor erat

Cum tibi clamabam non tu temerarius esto

Ne misere virtus sic tua flenda mihi.

Unde nouus timor hic quoque illa audacia fugit ?

Magnus ubi est spiritus ille natator aquis ?

Sic tamen hoc potius quam quod prius esse solebas :

Et facias placidum per mare tutus iter.

Dummodo sis idem : dum sic ut scribis amemur :

Flammaque non fiat frigidus illa cinis.

Non ego tam ventos timeo mea vota morantes

Quam similis vento ne tuus erret amor.

Et non sim tanti : superentque pericula causam :

Et videat merces esse labore minor.  
Interdum metuo patria ne leda: et impar  
Dicar Abydeo Sesta puella toro.  
Ferre tamen possum patientius omnia: q̄z si  
Ocia nescio qua pellice captus agas.  
In tua si veniant alieni colla lacerti:  
Sicq; nouus nostri finis amoris amor.  
Ab potius peream q̄z crimine vulnere isto:  
Sataq; sint culpa nostra priora tua.  
Nec quia venturi dederis mihi signa doloris  
Nec loquor aut fama sollicitata noua:  
Omnia sed vereor: quis em̄ securus amant?  
Cogite et absentes multa timere locus.  
Felices illas sua quas presentia nosse  
Crimina vera inuat: falsa timere vetat.  
Nos tam vana mouet q̄z facta iniuria fallit:  
Incitat et moris error uterq; pares.  
O vcinam venias: aut hic ventusue paterne  
Causaq; sit certe femina nulla more.  
Quod si q̄z sciero mouer (mibi crede) dolendo.  
Iamdudum peccas si mea fata queris.  
Sed neq; peccabis: frustra q; ego terreo istis:  
Quoq; minus venias inuida pugnat hyemis.

## Hero Leandro.

Me miseram: quanto planguntur lictora fluctu:

Et latet obscura condita nube dies.

Sorsitan ad portum mater pia venerit Helles:

Mersaq; turbatis nata fleatur aquis.

Aut mare ab inuiso puuigne nomine dictum

Verat. in equoream versa nouerca deam.

Non fauet. ut nunc est. teneris locus iste puellis:

Hoc Helle perijt: hac ego ledo: aqua.

At tibi flammatum memori Neptune tuarum

Nullus erat ventis impediendus amor.

Si neq; Amymone: nec laudatissima forma

Criminis est Tiro fabula vana tui.

Lucida Alcyone. Ephemoneq; et Alimone nata:

Et nondum nexis angue Medusa comis.

Flauaq; Laodice: celoq; recepta Celeno.

Et quarum memini nomina lecta mihi.

Has certe: pluresq; canunt Neptune poete

Molle latus lateri conseruisse tuo.

Cur igitur totiens vires expertus amoris.

Assuetum nobis turbine claudis iter.

Parce feror. latoq; mari tua prelia misce:

Seducit terras hec breuis vnda duas.

Te decet aut magnas magnum iactare carinas,  
Aut etiam totis classibus esse truxem.  
Turpe deo pelagi iuuenem terrere natantem:  
Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.  
Nobilis ille quidem est et clarus origine: sed non  
A tibi suspecto ducit Ulire genus.  
Da veniam servaq; dnos: natat ille sed iisdem  
Corpus Leandri spes mea pendet aquis.  
Interea lumen (posito nam scribimus illo)  
Sertuit et nobis prospera signa dedit.  
Ecce merum nutrit faustos distillat in ignes,  
Cras erimus inquit plures: et ipsa bibit.  
Effice nos plures evicta per equora vectus,  
O penitus toto corde recepte mihi.  
In tua castra redi socij deserto amoris:  
Ponuntur medio cur mea membra toro.  
Quod timeas non est auso Venus ipsa fauebit,  
Sternet et equoreas equore nata vias.  
Ire libet medias ipse mihi sepe per undas:  
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.  
Nam cur hoc vectis Phryxo Phryxig; soior,  
Sola dedit vastis femina nomen aquis.  
Sorsitan ad reditum metuis ne robora desint

## Hero Leandro.

Aut nequeas gemini ferre labours onus.

At nos diuersi medium coeamus in equor :

Obuiaq; in summis oscula demus aquis.

Atq; ita quisq; suas iterum redeamus in vrbes :

Eriguum sed plus q̄ nihil illud erit.

Vel pudor hic vtinam qui nos tam cogit amare :

Vel timidus fame cedere vellet amor.

Nunc male res iuncte : calor et reuerentia pugnant.

Quid sequar in dubio est : hec decet : illa iuuat

Vt semel intravit Colchos Pegasus Jason.

Impositam celeri Phasida puppe tulit.

Vt semel ydeus Lacedemona venit adulter.

Cum preda redijt protinus ille sua.

Tu q̄ sepe petis quod amas tam sepe relinquis :

Et quotiens graue fit puppibus ire-natas.

Sic tamen o iuuenis tumidarum victor aquarum

Sic facio spernas vt vereare fretum.

Arte laborate merguntur in equore puppes.

Tu tua plus remis brachia posse putas.

Quod cupis hoc naute metunt Leandro natare.

Exitus hic fractis puppibus esse solet.

Me miseram cupio non persuadere quod horro :

Sisq; precor: monitis fortio: ipse melo.  
Dum modo peruenias: excussa; sepe per undas  
Injicias humeris brachia lassa meis.  
Sed mihi ceruleas quotiens observor ad undas.  
Nescio quid pauidum frigore pectus habet.  
Nec minus hesterne confundor imagine noctis:  
Quisvis est sacris illa placata meis.  
Tanq; sub auroa: iam do:mitante lucerna:  
Somnia quo cerni tempore vera solent.  
Stamina de digitis cecidere sopore remissis:  
Collaq; puluino nostra ferenda dedi.  
Hac ego ventos as nantem delphina per undas  
Cernere non dubia sum mihi visa fide.  
Quem postq; bibulis iniecit fluctus harenis.  
Unda simul miserum: vitag; deseruit.  
Quicquid id est timeo: nec tu mea somnia rides:  
Nec nisi tranquillo brachia crede mari.  
Si tibi non parcis: dilecte parce puelle:  
Que nunq; nisi te sospite sospes erit.  
Spes tamen est fractis vicine pacis in undis:  
Tu placidas toto pectore finde vias.  
Interea: quoniam nanti freta peruia non sunt:  
Leniat inuisas littera missa moras.

## Arontius Cydippe. Ep̄la. xix

**P** One metū: nihil hic iterū iurabis amanti:

Promissam satis est te semel esse mihi.

Perlege: discedat sic corpore languor ab isto:

Qui meus est vlla parte dolente dolor.

Quid pudor ante subit: nam sicut in ebe Dyane

Suspicio: ingenuas erubuisse genas.

Coniugium pactamq; fidem: non crimina: posco:

Debitus vt coniunx: non vt adulter: amo.

Verba licet repetas que demptus ab arbore fetus

Pertulit ad castas me iacente manus:

Inuenies illic id te iurasse quod opto:

Te potius virgo q̄z meminisse deam.

Nunc quoq; idē timeo: sed idē tamen auctius illud

Assumpsit vires: auctaq; flamma mora est.

Quiq; fait nunq; paruus vel tempore longo

Et spe quam dederas tu mihi crescit amor.

Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ardor

Non potes hoc factum teste negare dea.

Absuit: et (presens vt erat) tua verba notauit:

Et visa est mota dicta tulisse coma.

Deceptam dicas nostra te fraudelicebit:

Dum fraudis nostre causa feratur amor.

**Ep̄la. iij. libri. v.**

**Fraus mea quid peccat nisi q̄ ubi iungerer vni:**

**Id me quod quereris conciliare potest.**

**Non ego natura nec sum tam callidus vsu:**

**Solertem tu me (crede) puella facis.**

**Te mihi compositis (si quid tamen egimus arte)**

**Astrinxit verbis ingeniosus amor.**

**Dictatis ab eo feci sponsalia verbis:**

**Consultoq; fui iuris amore vaser.**

**Sit fraus huic facto nomen: dicarq; dolosus:**

**Si tamen est quod ames velle tenere dolus.**

**En iterum scribo: mittoq; rogantia verba:**

**Altera fraus hec est: quodq; queraris habes.**

**Sic noceo q̄ amo (fateor) sine fine nocebo:**

**Teq; petam: caveas tu licet: ipse petam.**

**Per gladios alij placidas rapuere puellas:**

**Scripta mihi caute littera crimen erit.**

**Dij faciant possim plures imponere nodos:**

**Ut tua sit nulla libera parte fides.**

**Nulle modi restant: clivo sudamus in vno:**

**Ardo: incertum n. l. sinet esse meus.**

**Sit dubium: possis ne capi: captabere certe:**

**Exitus in dijs est: tu capiere tamen.**

## Arconius Cydippe.

De partem effugias non omnia recta falles

Que tibi: q̄z credis plura: tetendit amor.

Si non proficient artes: veniemus ad arma:

Inq̄z tui cupido rapta ferere sinu.

Non sum qui soleam Paridis reprehendere factum:

Nec quenq̄z qui vir posset ut esse fuit.

Nos quoq̄z: sed taceo: mors huius pena rapine:

De sit: erit q̄z te non habuisse minor.

Aut esses formosa minus: peterere modeste:

Audaces facie cogimur esse tua.

Tu facis hoc: oculiq̄z tui: quibus ignea cedunt

Sidera: que flamme causa fuere mee.

Hoc faciunt flavi crines: et eburnea cervix:

Quasq̄z precor: veniant in mea colla manus.

Et decore: et vultus sine rusticitate pudentes:

Et: Thetidis quales vir reor esse: pedes.

Cetera si possem laudare: beatior essem:

Nec dubito totum quin tua pars sit opus.

Hac ego compulsus: non est mirabile: forma:

Si pignus volui vocis habere tue.

Deniq̄z dum captam tute cogare fateri:

Insidijs esto capta puella meis.

Eplā. iiii. libri. v.

Inuidiam patiar : passio sua premia dentur :

Cur suus a tanto crimine fructus abest.

Hesionem Thelamon : Hiseida cepit Achilles :

Utraq; victorem nempe secuta suum.

Quam libet accenses : et sis irata : licebit :

Irata liceat dum mihi posse frui.

Idem qui facimus factam tenuabimus iram :

Sit modo placande copia parua tui.

Ante tuos flentem liceat consistere vultus :

Et liceat lachrymis addere verba meis.

Utq; solent famuli : qui verbera sensa verentur :

Tendere summissas sub tua crura manus.

Ignoras tua iura : voca : cur arguo : absens :

Tandudum domine more venire tube.

Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos :

Quaq; sint digitis livida facta tuis.

Omnia perpetiar : tantum fortasse timebo

Corpore ledatur ne manus ista meo.

Sed neq; compedibus : nec me compesce cathenis :

Seruabor firmo vinctus amore tui.

Cum bene se : quantumq; volet : faciaverit iras

Ipsa tibi dices qz patienter amat.

## Aconcius Cydippe.

Ipsa tibi dices : cum videris omnia ferre :

Tam bene qui seruit. seruiat iste mihi.

Cur reus infelix absens agor : et mea cum sis

Optima : non villo : causa : tuente : perit.

Hoc quod amor iussit scriptum est : iniuria nostri

Quod de me solum nempe queraris habes :

Non meruit falli mecum quoq; Delia : si non

Vis mihi promissum reddere : redde bee.

Affuit : et vidit cum tu decepta rubebas :

Et vocem memori condidit aure tuam.

Omina re careant : nihil est violentius illa

Cum sua : que noluit : numina lesa vider.

Testis erit Calydonis aper : nam scimus in illo

Sit magis in natum sua reperta parens.

Testis et Acteon : quoniam fera creditus : illis

Ipsa dedit leto cum quibus ante feras.

Quaeq; superba parens saro per corpus abortio :

Nunc quoq; Nigdonia flebilis astat humos.

Hei mihi Cydippe : timeo tibi dicere verum :

Ne videar causa falsa monere mea.

Dicendum tamen est : hoc est ( mihi crede ) q; egra

Ipsa nubendi tempore sepe iaces.

**Ep̄la. iij. libri. v.**

Consuluit ipsa tibi: nen sis periura laborat.

Et saluam: salua te cupit esse fide.

Inde fit vt quotiens existere perfida tentas.

Peccatum totiens corrigat illa tuum.

Parce mouere feros animose virginis arcus:

Nicis adhuc fieri: si patiare: potest.

Parce pcedi: teneros corrumpere seculis arcus:

Seruetur facies ista fruenda mihi.

Seruentur vultus ad nostra incendia nati:

Quicq̄ subest niveo lenis in ore rubor.

Hoslibus et si quis ne fias nostra repugnat:

Sic fit: vt inualida te solet esse mihi.

Torqueor ex equo: vel te nubente: vel egra:

Dicere ne possum quod minus esse velim.

Intardum macero: q̄ tibi sum causa doloris.

Tecq̄ mea ledi calliditate puto.

Inq̄ caput nostrum domine periuria queso.

Eueniant: pena tanta sit illa mea.

Ne tamen ignorem quid agas: ad limina tendo:

Anxius huc illuc dissimulanter eo.

Subsequor ancillam fartim: famulumq̄ require.

Profuerint somni quid tibi: quidue tibi.

## Aconcius Cydippe.

Me miserum : q̄ non medicorum iussa ministro :

Effingoq; manus : infideoq; toto.

Et rursus miserum : q̄ me procul inde remouit :

Quem minime velle forsitan alter adest.

Ille manus istas astringit : et affidet egre :

Inuisus superis : cum superisq; mihi.

Dumq; suo tentat salientem pollice venam :

Candida per causam brachia sepe tenet.

Contrectatq; sinus : et forsitan oscula iungit :

Officio merces plenior ista suo est.

Quis tibi permisit nostras percipere messes ?

Ad spes alterius quis tibi fecit iter ?

Ille sinus meus est : mea turpiter oscula sumis :

A mihi promisso corpore tolle manus.

Improbe tolle manus : quã tangis nostra futura est

Postmodo : si facies istud : adulter eris.

Elige de vacuis : quam non sibi vindicet alter :

Si nescis : dominum res habet ista suum.

Nec mihi credideris : recitetur formula pacti :

Neu falsam dicas esse : fac ipsa legat.

Alterius thalamo tibi nos dicimus eri :

Quid facis ? hinc eri : non vacat iste totus.

**Ep̄la. iij. libri. v.**

Nam quid habes et tu humani verba altera pacti

Non erit iccirco par tua causa mee.

Hec mihi se pepigit: pater hanc tibi: p̄tinus ab illa

Sed propior certe q̄z pater ipsa sibi est.

Promisit pater hanc: hec adiuravit amanti

Ille homines: hec est testificata deam

Hic metuit mendax: sed et hec peritura vocari:

Num dubitas hic sit maior: an ille: metus.

Deniq; ut amborum conferre pericula possis:

Respice ad eventus: hec cubat: ille valet.

Nos quoq; dissimili certamina mente subimus.

Nec spes par nobis: nec timor equus adest.

Tu petis ex tuto: grauior mihi morte repulsa est:

Idq; ego: quod iam tu forsitan amabis: ama.

Si tibi iusticie: si recti: cura fuisset:

Cedere debueras ignibus ipse meis.

Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniquat

Ab quid Cydippe littera nostra redit.

Hic facit ut iaceas: et sis suspecta Diane:

Hunc tu: si sapias: limen adire vetes.

Hoc faciente subis tam fera pericula vite.

Neq; vitinam pro te: qui mouet: ille cadat.

## Aconcius Cydippe.

Quem si repuleris: nec: quem dea damnat: amaris

Et tu continuo: certe ego saluus ero.

Siste metum virgo: stabili potiere salute:

Sac modo polliciti conscia templa colas.

Non boue mactato celestia numina gaudent:

Sed: que prestanda est: et sine teste: fide.

Ut valeant alie ferrum patiuntur: et ignes:

Sert alijs tristem succus amarus opem.

Nil opus est istis: tantum periuria vita:

Tecum simul serua: meque: datamque fidem.

Pieterite veniam dabit ignorantia culpe:

Exciderant animo federa lecta tuo.

Admonita es voce mea cum casibus istis.

Quos quotiens tentas fallere: ferre soles.

His quoque vitatis in partu nempe rogabis

Ut tibi luciferas afferat illa manus.

Audiet hec: repetens que sunt audita: requires

Ipsa tibi de quo coninge partus eat.

Promittes votum: scit te promittere falso.

Jurabis: scit te fallere posse deos.

Non agitur de me: cura maiore laboro:

Anxia sunt vite pectora nostra tue.

**Ep̄la. iij. libri. v.**

Cur modo te dubij pauidam flere parentes:

Ignaros culpe quos facis esse tue.

Et cur ignorant: matri licet omnia narres:

Nil tua Cydippe facta ruboris habent.

Ordine fac referas: ut sis mihi cognita primum:

Sacra pharetrate dum facis ipsa decet

Ut te perspecta subito: si forte notasti:

Resiterim fixis in tua membra genis.

Et te dum nimium miro: nota certa furoris:

Deciderant humero pallia lapsa meo.

Postmodo: nescio qua: venisse volubile malum:

Verba ferens doctis inuidiosa notis.

Quod quia sit lectum sancta presente Diana:

Esse tuam victam: numine teste: fidem.

Ne tamen ignoret scripti sententia que sit:

Lecta tibi quondam: nunc quoque verba refer.

Tube precor dicet: cui te bona numina iungunt:

Quem fore iurasti: sit gener ille mihi

Quisquis est is placeat: quomam placet ante Diane:

Talis erit mater: si modo mater erit.

Si tamen et querat: quis sum: qualisque: videto:

Inueniet nobis consuluisse deam.

## Aconcius Cydippe.

Insula Coricis quondam celeberrima nymphis

Cingitur Egeo : nomine Teæ : mari

Illa mihi patria est nec si generosa probaris

Nomina : despectis arguor : ortus amos

Sunt et opes nobis : sunt et sine crimine mores :

Amplius utq; nihil : me tibi iungit amor.

Appeteres talem vel non iurata maritum :

Iurate vel non talis habendus erat.

Hec tibi me in somnis iaculatrix scribere Phebe :

Hec tibi me vigilans scribere iussit amor.

Et quibus alterius mihi iam nocere sagitte :

Alterius noceant ne tibi tela cavea

Iuncta salus nostra est : miserere meiq; : tuiq; :

Quid dubitas vnâ ferre duobus opem

Quod si contigerit : cum iam data signa sonabunt :

Tinctaq; votivo sanguine dolos erit :

Aurea ponetur mali felicitis imago :

Causaq; versiculis scripta duobus erit.

Effigie pomi testatur Aconcius huius

Que fuerint in eo scripta fuisse rata.

Longior infirmum ne lasset epistola corpus :

Clausaq; consueto sic tibi sine Vale.

## Cydippe Acontio. Ep̄la vlt̄ia.

p Et tui: scriptūq; tuum sine murmure legi:

Juraret ne quos inscia lingua deos.

Et puto captasses iterum: nisi (vt ipse fateris)

Promissam scires me satis esse semel.

Nec lectura fui: sed si tibi dura fuissē:

Acta foret seu forsitan ira dec.

Omnia cum faciam: cum dem pia thura Diane:

Illa tamen iusta plus tibi parte fauet.

Utq; cupis credi: memori te vindicat ira:

Talis in Hyppolito vir fuit illa suo.

At melius virgo fauisset virginis annis:

Quos vereor: paucos ne velit esse mihi.

Finis.

## P. Duidij vita p̄ Christophoro

Zarotum Justinopolitanū compilata.

Publius Duidius Naso Pelignis in oppido Sulmone. kalendas Apulias ex Sortio equestris ordinis patre natus: octo quinquaginta die: eo quo Dircius et Panfa sulces Antinori bello cecidere anno: Fratre habuit maiore natu: cū quo in patria est educatus: primaq; lra rudimenta edoctus. Hoc vltimū adultū pater Abonā misit: vt eloquentie studijs piter et legibus incuberent: questus acquirendi gratia facile alter parentis pceptis paruit: qui: ni ei die fata prematurassent: vicesimo emi etatis sue anno e vita decessit: caudicus optimus futurus videbat. Duidius autē nō sine maxia molestia aliquid foro operā dedit: eosq; plerūq; defendit: interq; centū viros iudiciū dixit: Quāntū in declamatoribus extiterit Seneca nobis testimonio est: qui eū tradidit: a quibus studijs inuitus secesserat: vtq; etiam in eis melius pliceret: grecas lras didicit: quo tpe sub Marco Marone: cui et acceptissim⁹ fuit: sicuti et sub Cornelio Ballo militiā exercebat. Uxorē tres habuit: quarū primā: que ei perire putatū nupserat: ob morū insolentiā: turpitudinēq; dimisit. Alterā

q̄z repudiant: causa nobis cur id fecerit incognita: Tertia vero  
 diutius cū eo mansit: ex qua filiā Perillā noīe habuit. Demū ab  
 Augusto impatore annū agens quinquagesimū: in Pontū Sus  
 pinū relegat<sup>9</sup> est: cuius exiliū causas quis est qui facile noīz: cū  
 et ipse etiā modo hanc modo illā referat: satis tñ p̄stat ibi p̄ nouē  
 annos mansisse: vbi extremū obijt die: anno Lyberij quinto: et  
 p̄pe Tomos oppidū sepultū: siue p̄pter libros q̄s de arte amācti  
 cōposuit exularit: q̄s nō mirū videri debet: siquidē ferunt libri  
 h̄mōi a Julia et Drusilla vehebementē p̄cupiti: plectiq̄z assidue:  
 vnde r̄ suspitio orta est incensas libidine amatores fuisse secutas  
 Cesare vō eousq̄z excauuisse: vt et auroz huius mali in exiliū  
 pepulerit. Quidū et p̄ter mulieres: tācti q̄d meruerat Quidū<sup>9</sup>  
 Vel quo nā pacto potuissent eius blandimētis carminis nisi suū  
 corpus antea p̄stituerē cupiuissent: Siue q̄ vt alij volunt Sy  
 donij autoritatē in mediū afferentes: q̄ Julīā Augusti puellā:  
 ex Julia filiā amant: quā ab Quidio Corynnā falso noīe appel  
 latā tradūt: que causa a nobis mīme p̄bari potest: nec a quocūq̄  
 docto: si examussum Sydonij v̄ba trutinari: et q̄d de Corinna  
 ab Quidio scriptū sit leget: hanc Principis puella digna. Siue  
 q̄ Julīā Drusillā nudā viderit: aut Augustū principē cū exoletz  
 consuescente: que ambe cause satis placent: cū et ipse q̄z id indīa  
 carit. Cur aliq̄d vidi: cur noxia lumina feci. Cur imprudenti cos  
 gnita mihi culpa est. Inscius Acteon vidit sine veste Dianam:  
 Præda fuit canibus nō minus ipse suis. Si q̄s aut curiosus hec  
 scire affectat: eius tum de Tristib<sup>9</sup> tū de Ponto libros p̄legat:  
 Nos tantū in p̄ntia diuersas attigim<sup>9</sup> opinioes illoz: qui exiliū  
 Quidij meminerūt. Multa carminē scripta memorie reliquit. Au  
 spicatus est p̄no teneris adhuc annis Heroidū diuersaz epl̄as:  
 Deinde Almoz libros quinq̄z ad Corynnā: q̄s ad tres redegit:  
 bi de sine titulo q̄z nuncupant. De medicamine faciei. De arte  
 amandi ad iuuentutē Rhomanā libros tres: q̄s paricidas solet  
 appellare. De remedio amoris libros duos. Heramorphoseos  
 libros quindecim: opus diuinū: herocicq̄z carminis dignitati cons  
 nentes: licet i eo nimis lasciuire dixerit Quintilian<sup>9</sup>. Tragedias  
 quocq̄z adousus est: quarū Hedea maxie a Fabio Quintiliano  
 et Cornelio Tacito approbat: At nancq̄z Fabius in decio Quid  
 dij Hedea videt mihi ostendere quantū vir ille p̄stare potuerit:  
 si ingenio suo tempore q̄z indulgere maluisset. In malos poetas  
 libru p̄posuit: vt Quintilian<sup>9</sup> refert epl̄az consolatoriā ad Julīā  
 Augustā. De morte Dusi Heronis: q̄ morbo in Germania pe  
 rierat. Bellū Actiacū inchoauit. Ad Lyberij libros duos. de tri  
 stibusquinq̄z: de Ponto quatuor. Fastoz duodecim. et si sex in  
 manib<sup>9</sup> habeant tempoz incuria. In Ibin inuectiua Uaticinia  
 vnico absoluti libro. Triumphū Cesaris. De piscib<sup>9</sup> opus inchoas  
 uit: vt Oppian<sup>9</sup> scripsit: lingua getica libellū de gestis impatorz  
 ap̄d Seras: nōnulla etiā alia opuscula Quidio ascribunt: que  
 an ipsius fuerint nō laboro: videlicet de nuce: de philomela: de  
 pulice: nō tñ oīa hec habem<sup>9</sup>: cū multa interierit: seu librarioz  
 inertia: siue tempoz iniquitate. Quē aut inter elegiacos poetas  
 locū teneat: ex Quintiliano facile dat̄ intelligi: cū ait Elegia q̄z  
 grecos puocam<sup>9</sup>: cuius mihi tersus atq̄ elegās maxime videt̄  
 antoz Tibullus: sunt q̄ Propertij maluit: Quidius vtroq̄z las  
 ciuoz: sicut durio: Sallus.

Impressum Lipsiæ p̄ Jacobū Zanuer. anno 1505